

AB
71 $\frac{2}{16}$
4,

00
111
Vsq[ue] que p[er] p[er]ce d[omi]nit[ur] . asqu[er]uo de somno
consp[er]ges . p[er] inq[ui]a d[omi]nit[ur] . in d[omi]ni d[omi]nit[ur]
p[er] ang[eli] m[er]it[ur] conp[er]ges ut q[ui]s s[er] . et
de met[ur] t[ibi] quasi corpus eg[er]it[ur] tua , et
mendac[ur]as tua quasi d[omi]n[ur] acm[er]it[ur] . p[er] 24
in fi.

Qui vident . an[im]i t[ui] . ne p[ro]p[er]as in furore . n[on]
ne p[er]tra emendare n[on] poss[is] . in d[omi]n[ur] h[er]est[ur]it[ur]
am[er]it[ur] t[ui] . p[er] 2 . 25


Sicut vinea v[er]m[er]it[ur] a v[er]m[er]it[ur] ligno . Ita iusticia
v[er]m[er]it[ur] cord[ur] . p[er] 25 . Verity aquila
dissipat pluvias . et f[er]it[ur] t[er]ra ligna d[omi]nit[ur] . et
Sicut v[er]m[er]it[ur] patens a d[omi]n[ur] m[er]it[ur] am[er]it[ur] . Ita
v[er]m[er]it[ur] qui n[on] p[er]t[ur] in leg[er]it[ur]da colub[er]it[ur] sp[er]m[er]it[ur] . et
mala am[er]it[ur] in leg[er]it[ur] d[omi]nit[ur] . q[ui] loq[ui]t[ur] v[er]b[ur] in p[er] suo .

Ne respondeas stulto in[im]p[er]it[ur] stulticia sua . ne effir[er]it[ur]
et s[er]m[er]it[ur] . R[er]p[er]nd[ur] stulto in[im]p[er]it[ur] stulticia sua .
ne s[er]m[er]it[ur] sapiens v[er]d[er]it[ur] . p[er] 26 .
Judicia d[omi]nit[ur] corpus . et q[ui] imp[er]it[ur] stulto s[er]m[er]it[ur]
v[er]m[er]it[ur] m[er]it[ur] . et q[ui] d[er]erit[ur] ligna exp[er]it[ur]
leg[er]it[ur] a susur[er]it[ur]e s[er]m[er]it[ur] . in q[ui]a v[er]m[er]it[ur] .

fugit imp[er]it[ur] v[er]m[er]it[ur] p[er]qu[er]it[ur] . iustus aut[em] quasi leo
confid[er]it[ur] ab[er]m[er]it[ur] t[er]re . et p[er] 28 .
Regnabit[ur] imp[er]it[ur] v[er]m[er]it[ur] h[er]m[er]it[ur] . et Leo v[er]m[er]it[ur]
et d[er]it[ur] v[er]m[er]it[ur] . p[er]it[ur] imp[er]it[ur] sup[er] p[er]m[er]it[ur] p[er]m[er]it[ur] .
Qui op[er]it[ur] h[er]m[er]it[ur] sua . s[er]m[er]it[ur] p[er]m[er]it[ur] .
et s[er]m[er]it[ur] o[mn]i . v[er]m[er]it[ur] v[er]m[er]it[ur] . et

Theol. D. VII. 317.





CATALOGI

Virorum illustriū Veteris et No-
ui Testamenti.

Virorum obscurorū utriusq; Test.
Illustrum item Mulierum.

Obscurarum dein mulierum.

De bellis, uictoria, & triumphis
Iustorum contra Impios.

Orationes, exhortatiōes, obsecra-
tiones, Patrū, Prophetarū,
Regū et virorū illustrium.

De Tyrannide et Bellis Im-
piorū contra Iustos.

Othonis Brunfel.

O T H O Brunfelsius Lectori .

Sequentes Catalogos , pueris nostris dictaueramus ,
non quod ex ijs quidem eloquentiam perdiscerent
sed ut una cum Historijs Ethnicorum , & fabulis
Poetarum , assuescerent quoq; balbutire nomina
illustrium Sanctorum . Verum quando tales uis
sunt amicis quibusdam , non omnino etiam natis
obesse , quo publice ederentur , passi sumus non illi-
benter priori operi appendi . Nam id prorsus no-
bis studium est , fuitq; semper , quod non ad plau-
sum scribimus , sed prodesse uolumus , & iucunda
dicere uita . Id quod si secus cecidit , ueniam roga-
mus nobis dari , atq; illius meminisse Poete .
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci .
Sunt delicta , quibus tamen ignouisse uelimus .
Nam neq; chorda sonū reddit semper , quem uult
manus & mens ,

Quandoq; bonus dormitat Homerus .

Vale Argentorati . 16 . Calend . Marcij .

Anno . 1528 .

Soli Deo gloria.

Catalogus illustrium uiroꝝ Veteris
& Noui Testamenti, continens
memorabilia dicta &
facta eorundem.

¶ Primo, De Viris Illustribus
Veteris Testamenti.



LIBER PRIMVS.

D A M ebraice, uocatur Ru= Adam.
beus latine.

Atq; sic uocatus est, quia primus Homo de terra Gen. 1.
sumptus est rubea.

Formatus fuit die sexto ad imaginem & similitu-
dinem Dei, ut præesset piscibus maris, & uolatilibus
coeli, & bestijs, uniuersa q; terræ, atq; omni reptili
quod mouetur in terra.

Iuxta carnem uero formatus de limo terræ. Et in-
spirauit Deus in faciem eius spiraculum uitæ, & fa-
ctus est in animam uiuentem.

Plantauerat autem Deus paradysum uoluptatis a
principio, in quo posuit eum, ut operaretur illum, &
custodiret. Paradisus
uoluptatis.

Sed quia non erat bonum hominem esse solum,
fecit ei adiutorium simile sibi. Inmisitq; ei so-
porē. Cumq; obdormiisset, tulit unam
de costis, & repleuit carnem pro
ea, & edificauit dominus De-
us costam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.

A ij

Catalogos

Primus imposuit omnibus animalibus nomina.
Primus uxorem Viraginem nominauit.

Gen. 2.

De matrimonio prophetauit, Relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una.

Passus est imponi sibi ab uxore, ut comederet ex prohibito ligno uitae.

Propter transgressionem illius omnes morimur, & in labore sumus, & maledicta est terra, quod tribulos gignit & spinas. Vnde prius illi dictum est. In sudore uultus tui manducabis panem tuum.

Filius eius primogenitus Cain. Secundus Abel, hic fuit pastor ouium, Cain autem agricola.

Cum uixisset annis. 130. genuit filium nomine Seth.

Et factum est omne tempus quod uixit Adam annis nongentis triginta, & mortuus est.

Abel.

Gen. 4.

A B E L filius Adae secundus, ouium pastor primus.

Factum est autem cum offerret de primogenitis gregis sui, & de adipibus suis, respexit Dominus ad munera eius. Cain quoque frater munera obtulit de fructibus terrae. Sed quoniam ad illius munera Dominus non respexit, concidit uultus eius. Pessimo igitur secum consilio concepto, cum prouocasset Abel in agrum foras, occidit illum.

Seth.

Gen. 4.

S E T H Adae filius tertius, donatus a Deo Euae in uicem Abel. Vnde dixit mater eius. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit.

Illustrium uirorum.

dit Cain, uocauitq; nomen eius Seth.

Habuit & ipse filium nomine Enos, quem peperit illi uxor sua annos habens. 105.

Vixit annis. 912. & mortuus est.

ENOS filius Seth, filij Adæ, iste cœpit inuocare nomen Domini. 5
Enos.
Genesis. 4

Cum uixisset nonaginta annis, genuit Cainan. 5

Post cuius ortum uixit octingentis annis, & .15.

& genuit filios & filias: factiq; sunt omnes dies uitæ eius nongenti & quinq; anni, & mortuus est.

ENOCH filius Jared, & ambulauit cum Deo. Enoch. Genesis. 5
Cum autem iam haberet trecentos sexagintaquinq; annos, ambulassetq; coram Deo, non apparuit ultra, quia tulit illum Deus.

NOHA filius Lamech, Hic inuenit gratiam coram Deo, fuit enim uir iustus & perfectus in generationibus suis, ambulauitq; coram Deo. Noha. Genesis. 6

Hic habuit tres filios, Sem, Cham, Iaphet. 7

In diebus illis cum omnis caro corrupisset uiam suam, Deus orbem diluuiio perdidit, reseruauitq; solum Noha cum filijs & uxoribus filiorum, & uxore sua.

Post diluuium primus cum filijs propagauit genus humanum. 9

Vir fuit agricola, exercens terram in sudore uul-
Primus uani culturam reperit. (tus sui.

Et impleti sunt omnes dies eius nongentorū quinquaginta annorum, & mortuus est.

Catalogus

Thare. THARE pater Abraam, filius Nabor, homo
Genesis. 11 bonus. Qui non potens uideri impietatem Chaldeo-
rum, igne n adorantes, tulit Abraam, Lotth, & Sarai,
& traduxit in terram Chanaan.

Vixit annis ducentis quinq; & mortuus est.

Abraam. ABRAAM Iudeorum pater primus, cui re
Genesis. 11 promissio est facta, filius Thare, homo timens Deum,
Roma. 4 Vnde locutus est illi Deus, & reputata est ei fides sua
ad iustitiam, ut multarum Gentium pater esset.

Ad solum preceptum Domini, ex fide egreditur de
terra sua, & de domo patris sui in terram Canaan.

Inde cum esset fames in terra, peregrinatus est
in Aegyptum, ubi acceptis donis a Pharaone, rursum
rediit in Canaan.

14 Confidens in Domino, percussit quatuor Reges,
& liberauit fratrem suum Loth.

Reliqua gestorum Abrae uide a capite .11. usque
ad cap. 25. Genesis.

15 Fuerunt aut dies uitae eius centum septuaginta quin-
que anni, & deficiens mortuus est in senectute bona,
plenus dierum congregatusq; est ad populum suum.

Isaac. ISAAC filius Abraam patriarchae, qui natus
Genesis. 18 est ei in senectute, cum esset sterilis mater eius. Atq;
inde dictus est Isaac, q; cum nunciatum esset matri,
q; paritura foret, risit.

22 Hic est qui iussus est sacrificari: & liberauit eum
Deus, & fecit ei repromissionem, quod de semine suo
nascendus esset Messias.

Virorum Illustrium. 4

Duos habuit filios, Iacob, & Esau, quorum primus ab utero maledictus. s. Esau, Iacob autem electus.

I A C O B filius Isaac, sic dictus, quia cum frater eius Esau prior egrederetur, plantam fratris sui tenebat manu, atq; ideo dictus Iacob. **Iacob: Genesis. 25**

Fuit uir simplex, habitans in tabernaculis, sed cum haberet spiritum dei, emit primogenita fratris sui edu-

Præripuit etiam benedictionem fratris suo. Vnde recte dictus est, Supplantator. **27**

Pertulit exilium multis annis, propter Esau fratrem suum, diuersatus apud Laban cognatum suum, qui dedit ei filias suas in uxores, Lyam & Rachel, cum .14. annis seruisset pro eis. **29**

Reliqua uerborum, atq; dierum Iacob scripta sunt usq; ad finem libri Genescos.

I O S E P H filius Iacob iunior, filius senectutis, & dilectissimus super omnes fratres suos. **Ioseph. Genesis. 37**

Accusauit fratres suos crimine pessimo, unde conati interficere eum fratres sui, uendiderunt in AEGYPT.

Venditus igitur in AEGYPTUM, emit eum Putiphar Eunuclus Pharaonis, princeps exercitus. **39**

Fuitq; dominus cum eo, et erat uir in cunctis prospere agens, habens gratiam apud dominum suum, pulchra facie, &

Tentus est in carceribus duob. an (decoro aspectu. **41**
nis, atq; e carcere sublatus aperuit Pharaoni somnium, & susceptus est in Principem AEGYPTI.

Triginta annorum erat quando stetit in conspectu Pharaonis, & Princeps effectus est. **50**

Caralogus

Vixit centum decem annis, & conditus aromati-
bus, repositus est in AEGYPTO cum patribus suis.

Moseh.

Exodi. 2

M O S E H uir Dei, filius hominis de domo
Leui, qui cum esset infans pulchro aspectu, atq; male
habebat matrem suam, mergere eum, iuxta praecep-
tum Pharaonis, in fiscella serpea lita bitumine salua-
tus est, & in flumine a filia Regis leuatus. Sublatum
e flumine, enutriuit filia Pharaonis, uice filij, uoca-
uitq; nomen eius Moseh, dicens, quia de aqua tuli
eum.

Et eruditus est Moseh omni sapientia AEGYPTIO-
rum, & erat potens in factis, & in dictis, habitauitq;
in domo Pharaonis quadraginta annis.

Reliqua uerborum & dierum Moseh, & magna
lia Dei quae fecit, scripta sunt in libris legis eius.

Deut. 34

Sepultura

Moseh.

Ante diem mortis eius ostendit ei dominus terram
promissionis in monte Nebo, mortuusq; est ibi iubente
Domino, & sepeliuit eum in ualle terrae Moab:
& non cognouit homo sepulchrum eius usq; in praes-
entem diem.

Centum & uiginti annorum erat quando mor-
tuus est. Non caligauit oculus eius, nec dentes moti
sunt. Fleueruntq; eum filij Israel in deserto Moab tri-
ginta diebus.

Exodi. 4

Aharon.

Ecai. 45

A H A R O N frater Moseh, os & interpres
eius, sacerdos magnus populi Dei.

Officia sacerdotij eius, & magnalia quae fecit,
scripta sunt in libro legis Mosi, serui Dei.

Illustrium uirorum.

§

Sed quia incredulus fuit ori Dei, ad aquas contra-
dictionis, prohibitus est, ne intraret terram promissi-
onis, subductusq; a Moseh, cum Eleazaro in montem
Hor, spoliatusq; uestibus, mortuus est ibi. Numeri. 20

IETRO cognatus Moseh, sacerdos Madian, uir
prudens, non omnino imprudenti consilio profuit Mo-
si, in iudicibus constituendis, ne totum onus humeris
alius incumberet. Ietro.
Exodi. 2
40

Et intrauit Eleazar filius Aharon pro eo, substi-
tutusq; est in uicem patris sui, & consuluit Domi-
num pro Aharon patre suo. Eleazar.
Numeri. 26
27

Præfuit populo Dei una cum Iosue diebus multis:
tandem mortuus est in Gabaoth Phinees filij eius, ibi-
dem sepultus. Iosue ult.
27

PHINEES filius Eleazari tertius, in gloria
imitando eum in timore Domini, placuitq; Deo, ideo
statuit ei testamentum pacis, & principem sancto-
rum & gentis suæ, & ut sit illi & semini eius sacer-
dotij dignitas in æternum. Phinees.
Eccl. 45

Hic est, qui zelans legem Domini dei sui, cum
uidisset unum de filijs Israel, ad scortum Madianiti-
dem intrare, arrepto pugione confodit ambos simul
in locis genitalibus: & cessauit plaga a filijs Is-
rael. Numeri. 24

Fortis in bello Iesus Naue, successor Mosi in pro-
phetis, qui fuit magnus secundum nomen suum, ma-
ximus in salutem electorum Dei. Vir in quo fuit spi-
ritus Dei, qui hostes Domini percussit. Iehosua.
Eccl. 46

Catalogus

- Iosue. 9** Iste est, qui filios Israel introduxit per Iordanem
 12 in terram promissionis: qui item. 31. Reges terræ per-
 cussit, & deleuit de terra nomen eorum.
 Reliqua autem uerborum & dierum eius, num-
 quid scripta sunt in libro eius?
- Iudicum. 2.** Et post hæc mortuus est. 110. annos habens, sepul-
Iosue. ult. tusq; in finibus possessionis suæ, in monte Ephraim.
Caleb. C A L E B filius Iephonæ, duodecim explorato-
Ecci. 46 rû unus, sed plenus spûsancto, et dominû ex corde se-
Numeri. 14 Hic est qui scidit uestimenta sua populo (cutus,
 blasphemante, & dixit. Terra quam circumimus ual-
 de bona est, tantum nolite rebelles esse contra Domi-
 num, neq; timeatis populum terræ huius, quia sicut
 panem possumus deuorare eos.
 Vnde a Domino audit. Quia secutus est me Caleb,
 inducam eum in terram hanc quam circumiuit, &
 semen eius possidebit eam.
- Othoniel.** O T H O n i e l frater Caleb iunior, in quo fuit spûs
Iosue. 15 Percussit Chusan reschataim regē Mesopotamie. (domini.
Iudicum. 1. Quicuitq; terra qua- (potamie, et oppressit eum.
 draginta annis, quibus præfuit in pace, et mortuus est.
- Aioth.** A i o t h filius Gera, filij gemini, qui utraq; manu pro
Iudicum 3 Hic cum fecisset sibi gladium (dextera utebatur,
 ancipitem, habentem in medio capulum, longitudinis
 palmæ manus, interfecit Eglon regē Moab, hominem
 crassum nimis, & saluauit Israel de manu Moab.
- Sangar.** Post hunc Sangar filius Anath, qui percussit de
Iudicum. 3 Philistijm. 60. uiros uomere, & ipse defendit Israel.

GEDEON filius Ezre. Hic est qui percussit Gedeon.
Madian in. 300. uiris. Iudic. 6.7

Vocationem, & uictoriam eius habes in lib. Iud. 8.9

THOLA filius Phua, patru Abimelech, uir de Thola.
Isachar, qui habitauit in Sanir montis Ephraim, &
iudicauit Israel uiginti tribus annis, mortuusq; est,
& sepultus in Sanir.

Huic successit Iayr Galaadites, qui iudicauit Israel Iayr.
per. 22. annos, habens. 30. filios, sedentes super. 30. pul. Iudic. 10.
los asinarū, et principes. 30. ciuitatum, quæ ex nomine
eius nominatæ sunt, oppida Iayr, usq; in presentem

IEPTE Galaadites uir fortissimus atq; (diem. Iepte.
pugnator, filius meretricis, qui natus est de Galaad. Iudic. 10.

Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit fi-
lios: qui postquam creuerunt, eiecerunt Iepte, dicen-
tes. Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia
de adultera matre natus es.

Quos ille fugiens atq; deuitans, habitauit in terra
Congregatiq; sunt ad eum uiri inopes et (Thob.
latrocinantes, & quasi principem sequebantur eum.

Hi tamē necessitate cōpulsī, coacti sunt rursus in
Percussit igitur ab Aroer, (principē sufficere eū.
usq; ad Mennith. 20. ciuitates, humiliatusq; ē Ammon.

Hoc unum stulte admisit, q; temerarium uotū uo-
uit, quod recidit postea in caput ipsius, & filie eius.

Percussit item de Ephraim. 42000. uirorum.

Iudicauit Israel annos sex, & mortuus est, ac see-
pultus in ciuitate sua Galaad.

Catalogus

- Abassan**
Iudicum. 12 Post hunc iudicauit Israel Abassan de Bethlehem,
Qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas
emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs
suis accepit uxores, introducens in domum suam.
Iudicauit Israel septem annis, mortuusq; est, et se-
pultus in Bethlehem.
- Ahialon**
Iudicum. 12 Cui accessit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Is-
rael decem annis. Mortuusq; est, ac sepultus in Za-
bulon.
- Abdon**
Iudicum. 12 **ABDON** filius Hellel, Pharatonites, qui habuit,
40. filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super
septuaginta pullos asinarum.
Iudicauit Israel octo annis. Mortuusq; est, ac se-
pultus in Pharaton terræ Ephraim, in monte Ama-
lech.
- Sanson.**
Iudicum. 13 **SANSON** filius Manue, de stirpe Dan, qui na-
tus est ex uxore sterili, promissione domini.
Coepit autem spiritus Domini esse cum eo statim
cum adoleuisset, uersareturq; in castris Dan inter Sa-
raa & Esthaol.
14 Accepit uxorem alienigenam, quæ facta est belli
occasio contra Philistinos.
Catulum leonis rugientem & semirutum quasi
hocdum in frustra concidit, nihil omnino habens in
manu sua.
Percussit in Ascalone 30. uiros, quorum ablatas
uestes dedit his qui problema ei soluerant quod pro-
diderat uxor eius.

Virorum Illustrium.

7

Cœpit quoque. 300. uulpes, caudasq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succendens, dimisit ut huc illucq; discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula concrematæ sunt, intantum, ut uineas quoque & oliueta flamma consumeret. Ob quam rem permoti Philistij, combusserunt tam uxorem eius, quam patrem, qui occasio fuerunt huius ruinae & damni.

Percussitq; eos rursum ingenti plaga, ita ut stupentes, suram femori imponerent, id est, percussit omnes obuios, quosq; magnos & paruos, & optimates, uel plebeios.

Rursum in maxilla asini percussit mille uiros.

Portas Gazæ urbis tulit, & ex captiuitate euasit.

Tandem a muliere deceptus, perit.

Cum cecidisset domus supra eum, mortuus est, tulitq; corpus eius uniuersa cognatio eius, sepeliuitq; in Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui Manue: iudicauitq; Israel uiginti annis.

¶ Efron, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, Booz, Obed, Isai nomina quidem extant, eorum uero gesta uon extant, excepto Booz.

Rut. 1. 2. 3. 4.

Holchana.

HELCHANA de Ramathaim Sophim Ephraim habuit duas uxores, Annam, & Phemmenam, ex quarum prima peperit Samuelem uirum Dei, cuius quidam filij splendor & patrem illusos.

1. Reg. 2.

Catalogus

strem fecit.

Samuel.
Ecccl. 46.
1. Reg. 2.

Dilectus a Domino deo suo Samuel propheta, re-
nouauit Imperium, & unxit Principes in gente sua.
In lege Domini congregationem iudicauit, & uidit
Deum Iacob, & in fide sua probatus est propheta,
& cognitus est in uerbis suis fidelis, quia uilit Deum
lucis, & inuocauit Dominum omnipotentem in op-
pugnando hostes, circumstantes undiq; in oblatione
uiri inuiolate. Et intonuit de cœlo Dominus, & contri-
uit Principes Tyrriorum, & omnes duces Philistijm.
Et ante tempus finis uite suæ, & seculi, testimonium
præbuit in conspectu Domini & Christi. Pecunias,
& usq; ad calciamenta ab omni carne non accepit,
& non accusauit illum homo.

Beneficia eius & opera sanctitatis, scripta in libro
eius, qui inscribitur Regnorum.

Mortuus est, & sepultus in domo sua, in Rama-
tha, & planxit eum omnis Israel.

Nathan.
Dauid.
Ecccl 47.

Post hūc surrexit Nathan propheta in dieb. Da-
uid, uir potens in operibus bonis, & placēs Domino.

DAUID quasi adeps separatus a carne .i. filijs
Israel. Cum leonibus lusit quasi cum agno, & in ur-
sis similiter fecit in iuuentute sua. Vir cui constitutuna
est de Christo, egregius psalter in Israel.

Occidit gigantem, & abstulit opprobrium a gen-
te sua inuocando Deum omnipotentem.

Contruit Reges undecim, & extirpauit Philis-
tijm, contruit cornu ipsorum in æternum.

Illustrium Virorum

8

De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit eum qui fecit illum. Vnde dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israel.

Reliqua autem uerborum dierum eius, nunquid non scripta sunt in libro dierum Regum Iudab, in libro Samuelis & chronicarum?

Dormiuit cū patrib. suis, sepultus in ciuitate sua.

Dies aut quib. regnauit super Israel. 40. anni sunt.

In Hebron regnauit septem annis, in Ierusalem. 30.

Post ipsum surrexit filius Salomon, propter quē de Salomone
iccit dominus omnē potentiā inimicorū, & impletus Eccī. 47
est quasi flumē sapientia, & terrā retexit anima sua.

Resoluit in cōpotationib. anigmata, & ad insulas Sap. 7. 8
diuulgatū est nomē eius. Sciuit dispositionē orbis terrarū, uirtutes elementorū, initū & consummationem temporū, anni cursus, & dispositiones stellarū, naturas animalū, uim uentorū, & cogitationes hominum, uirtutes herbarū, & quaecunq; sunt abscondita Dei.

Magnus effectus est, & precessit omnes qui ante se fuerunt sapientia in Ierusalem. Multa contemplatus est, deditq; cor suum ad sciendum scientiam, erroresq; & stulticiam.

Magnificauit opera sua, in domib. uincis, hortis, structuris uasis syluis. Possedit familiam, & greges ultra omnes qui fuerunt ante se in Ierusalem.

Coaceruauit sibi argentum & aurum & substantias Regum, & prouinciarum. Omnia quæ desiderauerunt oculi eius, non negauit ei Dominus.

Catalogus.

Vnde dedit maculam in gloria sua, & prophanauit semen suum, relinquens gentis stulticiam, & imminutum a sapientia sua Roboam, qui auertit gentem a consilio suo.

3. Reg. 4. Habuit regiones tributarias multas nimis, quam Iuda & Israel, populum quoq; innumerabilem.

Erat eibus eius per singulos dies triginta chori simile, & sexaginta chori farine, decem boues pingues, uiginti boues pascuales, & centum arietes, excepta uenatione ceruorum, bubulorum, & auium altium.

Habuit pacem, undiq; & in circumitu ab omnibus inimicis suis.

Subinde habuit. 40. milia presepia equorum curarilium, & 22. milia equestrium, nutriebantq; eos presecti regis.

Dedit quoq; Deus sapientiam Salamoni & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quasi arenam quæ est in littore maris. Et precedebat sapientia eius sapientiam omnium orientalium & Aegyptiorum, & sapientior erat cunctis hominibus.

Locutus est tria milia parabolarum, & fuerunt carmina eius quinque milia, & disputauit super lignis a cedro quæ est in Libano, usq; ad hysopum quæ crescit de pariete.

3. Reg. 10. Fecit itaq; ut tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum, & cedrorum præbuit tantam multitudinem quasi sycomoros in cantu

Illustrium Virorum.

pestribus. Et educebantur ei, qui de AEGYPTO & Choa.

Fuerunt ei uxores quasi regine .70. & concubine 3. Reg. 17
300. Et auerteuunt mulieres cor eius in senectute sua,
& coluit Asterthen deam Sidoniorum, & Chamos de
um Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum.
AEdificauitq; phanum idolo Moab, & idolo filiorum
Ammon. Atq; in hunc modum faciebat uniuersis ux-
oribus suis alienigenis.

Reliquum autem uerborum Salominis, & omnia
que fecit, & sapientia eius, ecce uniuersa scripta sunt
in libro uerborum dierum Salominis.

Dies quibus regnauit in Ierusalem. 40. anni sunt,
dormiuitq; cum patribus suis, & sepultus est in ciui-
tate Dauid patris sui, regnauitq; Roboam filius eius
pro eo.

AHIAS Silonites propheta, prophetauit in diebus Abia Silo-
Salominis, & Hieroboam regum Israel. nites.

IEHV filius Ananiae, proppeta in diebus Baesa re- 3. Reg. 18
gis Israel. Occisus a rege propter uerbum Domini spi- 16
ritum Deo reddidit auctori.

HELIAS propheta Thesbites, de habitatoribus. Ga- Helias.
laad. Verbum eius quasi facula ardebat. Induxit fame Ecc. 48
in terram, & uerbo domini continuit caelum, & deie 3. Reg. 17
cit a se ignem in terram. 18

In turbine ignis, in curru equorum igneorum ra- 4. Reg. 2.
ptus est in caelum, & non comparuit.

Reliqua uerborum dierum eius, & mirabilia eius

Catalogus

Michaeas.
3. Reg. 22
quae fecit, scripta sunt in libro Regnorū & Chroni-
MICHAEL filius Iemla, uir Dei & (corū.
prophetes in diebus Iosaphat regis Iuda, quē pro ue-
ritate quoq; rex Israel in carcerē coniecit, fecitq; su-
stentari pane tribulationis, & aqua angustiae, donec
ex bello reuerteretur, in quo tamen misere periit.

Heliseus.
4. Reg. 2
3
HELISEUS discipulus Heliae, & in duplo
spiritum eius consecutus.

In diebus suis non pertinuit principem, & po-
tentia nemo uicit illum, & mortuum prophetauit cor-
pus illius. In uita sua fecit monstra, & in morte mi-
rabilia est operatus.

Verum ea omnia nunquid non scripta habentur
in libro uerborum dierum regum Iuda & Israel?

Iehu.
4. Reg. 9
HIEU filius Iosaphat, filij Nansi, princeps
fortissimus, quem unxit in regem Heliseus per unum
prophetarum suorum.

Hic percussit omnem domum Achab, clausum &
nouissimū in Israel, usq; mingentē ad parietē, & un-
dicans sanguinem seruorū & prophetarum, & sang-
uinem omnium seruorum Domini de manu Iezabel.

Occidit duos reges Ochoziam, et Iorā. Et Iezabel
iussit precipitari, ut ab unguis equorū cōculcetur.

LXX quoq; filios regis, optimates ciuitatis occi-
dit, & uniuersos qui ad domum Achab spectabant.

Item quadraginta duos uiros fratres Ochozie
apud cisternam unam.

Subinde sacerdotibus & cultoribus Baal, uni-

uersis inuitatis ad holocaustum, occidit eos, Phantum quoq; succendens, idola demolitus est, & fecit pro Baal latrinas in presentem usq; diem.

Veruntamen a peccato idolatriæ Hieroboam non auocauit populum, sed errori adhesit. Vnde maculam iniecit uniuersæ gloriæ suæ.

Dormiens igitur cum patribus suis, regnauit Ioacham filius eius pro eo. Dies quibus regnauit super Israel. 28. anni.

Anno tertio Osee filij Hela, regis Israel, regnauit **Exechias.**
EZE Chias filius Ahas, regis Iuda. Viginti quinq; **Ecci. 48**
 annorum erat cum regnare coepisset, & uiginti no- **4. Reg. 18**
 uem annis regnauit in Ierusalem, fecitq; quod bonum est in conspectu Domini.

Ipsè dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpentem ancum, quem fecit Mose. Siquidem usq; ad illud tempus Israel adolebat incensum ei.

Itaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eum fuerunt. Et adhesit Domino, & non recessit a uestigijs eius, fecitq; mandata eius quæ præceperat Dominus. Vnde erat Dominus cum eo, & in cunctis quæ gerebat, sapienter se gessit.

Rebellauit contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei, percussitq; Philisteos.

Anno. 14. regni eius, cum ei mulctam imposuisset rex Sennacherib .30. talenta argenti .30. talenta

Catalogus

confregit ualuas templi, & laminas auri, quas ipse ad-
fixerat, & dedit eas regi Assyriorum.

4. Reg. 19

Ceterum cum rursus angustiaretur ab eo, ad
dominum deum suum confugit, & liberauit eum,
percutiens in castris centum octo gintaquinque milia
eorum.

20

In diebus eius Sol retro redijt decem lineis, &
reuersus est totidem gradibus retrorsum in horolo-
gio Achas, quod erat ei signum ut superuueret quin-
decim annis.

Reliqua autem serminum Ezechiae, & omnis for-
tudo eius nonne haec scripta sunt in libro sermonum
dierum regum Iudah?

Dormiuit cum patribus, & regnauit Mnasses fili-
us eius impius pro eo.

Esaias.

Esai. 1.

4. Reg. 20

In diebus Ezechiae prophetauit Esaias, filius Amos.
& sub Ozia, Ioatham, & Achas pariter. Propheta
magnus & fidelis in conspectu Dei, cuius sermones in
dicium sunt spiritus ipsius. Fertur ab Iudaeis serris
dissectus uitam deseruisse.

Iosias.

Ecci. 49

Memoria Iosiae in compositione odoris facta
opus pigmentarij. In ore quasi mel indulcabi-
tur memoria eius, & ut musica in conuiuio uini. Ipse
est directus diuinitus in poenitentia gentis, & tulit
abominaciones impietatis. Et gubernauit ad Domi-
num cor ipsius. & in diebus peccatorum corroboras-
uit pietatem.

Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam omnes

Illustrium uirorum.

11

reges peccatum cōmiserunt. Nam reliquerunt legem
altissimi reges Iuda, & contempserunt timorem Dei.

Impij patris filius fuit. s. Amon. Octoq; annorum 4.Reg. 20.
erat cum regnare cōpisset, & tricesimo primo an-
no regnauit in Ierulalem.

Repertus est eius tempore liber legis in domo
Dei, diu non uisus: quem cum audisset legi, & ue-
stimenta scidisset, acceptt promissionem, ut cum pace
moreretur.

Sustulit de templo Domini omnia uasa quæ facta 4.Reg. 23
fuerant Baal, & luo, & militiæ cœli, & combussit
in conualli Cedron.

Delcuit haruspices, quos posuerunt reges Iuda
ad sacrificandum in excelsis, & eos qui adolebant
incensum Soli, & Lunæ, & duodecim signis.

Efferrī fecit lucum de domo Domini foras Ierusa-
lem, & cōbussit in conualli Cedron, & supra sepul-
chra uulgi conspersit.

Destruxit ediculas effœminatorum, quæ erant in
domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi
domunculas luci.

Contaminauit Tophet in ualle Emon, ne quis ul-
tra lustraret filium suum per ignem.

Abstulit equos quos dederant reges Iuda Soli, in
introitu templi, & currus solis combussit igni.

Altaria Ahas & Manasses destruxit, & cinerem
proiecit in torrentem.

Excelsa quæ fecerat Salomon in monte offens

B ij

Catalogus

sionis Astaroth, Melchon, & Chamos, polluit, contriuit, & lucos succidit, replens loca eorum ossibus mortuorum.

Abominationem in Bethel Hieroboam contriuit et dissipauit.

Omnia phana excelsorum per totam Samariam, quæ fecerant reges Israel, destruxit.

Occidit uniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria, & conbussit ossa humana super ea.

Phytones et ariolos, & figuras idolorum, et quicquid erat sordium, istiusmodi abstulit de terra.

Reliqua sermonum Iosia, & uniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum

Obijt in Megeddo, in Ieru in sepulchro. (Iudahæ)

Hieremias .

Ecci. 49

Hiere. 1.

HIEREMIAS filius Helchie de sacerdotibus (pris suis) qui fuerunt in Anachot, in terra Benjamin. Qui a uentre matris consecratus est propheta, euertere, & eruere, & iterum ædificare & renouare.

Verba prophetie, et quæ pro nomine domini perpeffus est, scripta sunt in uolumine sermonum eius.

Ezechiel.

Ecci. 49

Ezechiel. 1.

Duodecim

prophete.

EZECHIEL filius Buzi, sacerdos in terra Chaldeorum secus flumen Chobar. Vidit conspectum gloriae Dei, quam ostendit illi in curru Cherubin.

Duodecim Prophetarum nomina pullulant de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide uirtutis suæ.

Horum nomina sunt Osec, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Habacuck, Sophonis

Illustrium uirorum.

12

us, Haggeus, Zacharias, & Malachias.

Prophetauit Osee in dieb. Ozia, Ioathan, Ahas,
& Ezechiae regum Iudah, & in diebus Hieroboam
filij Ioas regis Israel. Amos in dieb. Hieroboam filij
Ioas, regis Israel, pastor in Thecua.

Micheas Morasthites in diebus Ioathan, Ahas &
Ezechiae regum Iudah.

Sophomias in diebus Iosiae filij Ammon.

Aggeus in diebus Zorobabel.

IECHONIAS filius Hieremiae, & fratres eius Re- Rechabite.
chabite, in scripturis commendantur, quod obediens Hierc. 35
praecepto Ionadab filij Rechab patris eorum, uinum
non bibebant, & sequestratam solitariamq; uitam
agebant.

ABDEMELECH ethiops, amicus ueritatis, a secre- Abdeme-
tis regis Sedechia tyranni, precibus apud regem es- lech.
fecit, ut Hieremias rursus de lacu subduceretur. Vn- Hierc. 38
de audit in uerbo Domini. Quia fecisti misericordi- 39
am, liberabo te in die illa uastationis, & non traderis
in manus uirorum quos tu formidas, & gladio non
cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me
habuisti fiduciam, dicit Dominus.

ZOROBABEL quasi signum in dextera manu in Zorobabel
Israel, qui instaurauit nouissimum templum Dei in Ie- & Iesus.
rusalem.

Et Iesus filius Iosedech, sacerdos magnus in diebus Ecc. 49
Zorobabel, qui et ipse operam praebuit, ut preparare
tur templum domino in gloriam sempiternam.

B iij

Catalogus

Esras.

Esdræ. 1.

Eccl. 49

ESRAS propheta Dei, & scriba legis doctissimus, captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum, Homo in memoria multi temporis, qui erexit muros euersos, & stare fecit portas & seras, & rursus confirmauit regnum Iudeorum.

Opera eius, & zelus legis Dei eius, scripta sunt in Esdra uolumine eius nominis.

Tobias senior & iunior.

Tobias senior & iunior.

TOBIAS ex tribu & ciuitate Neptalim, quæ est in superioribus Galileæ supra Naason, post uiam quæ ducit ad occidentem in sinistro, captiuus Salmanasar regis Assyriorum.

Misericordiæ eius, & opera bona illius, ac filij eius iunioris Tobie, scripta sunt in uolumine qui intitulatur Tobias.

Mardocheus:

Herster. 2

MARDOCHEVS uir Iudeus, in Susis ciuitate, filius Iair, de stirpe Iemini: qui translatus de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iudæ Nabuchodonosor rex transtulerat. Nutritus filia fratris sui Edisse, quæ alio nomine uocabatur Hester, quæ utrunq; parentem amiserat, pulchra nimis, & facie decora, quam Mardocheus mortuis parentibus eius in filiam adoptauit.

Facinus eius magnanimum, & luctus eius quem pertulit pro Israel, scripta sunt in uolumine Hester.

Iob.

Iob. 1

IOB uir celebris & rex in terra Chus, homo simplex & rectus, recedens a malo, & timens Deum. Fuit homo ille diues ualde, parens septem filios

Illustrium Virorum.

19

rum, & trium filiarum, possidens septem milia ouium, & tria milia camelorum, quingenta quoq; iuga bouum, & quingentas asinas, & familiam multam nimis, uir magnus inter omnes orientales.

Verba patientie & cruciatus eius scripta sunt in Iob libro nominis eius.

N A A M A N princeps militie regis Israel, uir Naaman magnus apud dominum suum, & honoratus, uir fortis & leprosus, sed diues, sanatus per Heliseum ac 4. Reg. 5. restitutus, credidit in Dominum deum Israel.

M A T H A T I A S filius Ioannis, filij Simeonis, Mathathias sacerdos ex filijs Ioachim, qui citius mori uoluit, quam & filij eius adorare deos alienos, & relinquere legitima dei.

Huius extat exhortatio grauissima ad plebem, qua ad constantiam hortatur. 2. Macha. 2.

Filios habuit quinque, Iohannan qui cognominatur Gaddis, & Simonem, qui cognominatur Thasi, & Iudam, qui uocabatur Machabeus, & Eleasarum, qui cognominabatur Abaron, & Ionathan, qui cognominabatur Aphus.

Horum bella & egregia facta quae fecerunt, nunquid scripta sunt in libris Machabeorum?

E L E A S A R V S unus de primoribus scribarum, uir etate prouectus, & uultu decoro, gloriosissimam magis mortem, quam odibilem uitam complectens, maluit turpiter perire, quam fugere, & infidelibus ruina esse. Eleasarus.
2. Macha. 6
Machabei,
cum matre.

Septem fratres erant filij matris unius, qui ante

B v

Catalogus

quam legitima uellent infringere, & cerimonias legis Dei, citius mortem atrocissimam, una cum matre subierunt. Quorum responsa ibi lege.

Baruch. BARUCH filius Nerie, scriba amanuensis Hieremie prophetae. Eius extat uolumen.

¶ Secundo, De Viris Illustribus Testamenti Noui.

Mattheus. MATHEVS, qui & Leui, ex publicano & thelornario, Apostolus & Euangelista, primus in Iudea Euangelium Ebraicis literis (ut fertur) conscripsit. propter eos qui ex circumcissione erant. Quod & hodie extat, & legitur a nobis. Si ebraice interpreteris, donatus a domino, interpretatur.

Ioseph. IOSEPH maritus Mariae, ex qua genitus fuit Christus, homo iustus et rectus de tribu David.

Magi. MAGI illi qui ab oriente accesserunt adorare dominum, an Reges fuerint, nulla scriptura autentica conpertum est. Nam quod Mat. 2. scribitur, Magi, non Reges significat, sed sapientes. Nihil est igitur, quod curiosius de illorum accessu & reditu ultra scrutemur, plus quam Euangelista exprimit.

Iohannes baptista. Ioannes baptista filius Zachariae, ex matre sterili Elisabeth, sanctificatus ab utero, & quo inter natos mulierum non surrexit maior.

Matth. 11 Hic fuit homo missus a deo, ad praedicandum praesentem Messiam, & baptismum poenitentiae.

Iohan. 1 Indumenta sua capilli camelorum, et zona pellicea circa lumbos eius. Cibus locustae, & mel siluestre.

Sermones eius, & uita durissima, scripta in Euangelistis, & Esaia propheta.

MARCVS iudiuiduus comes Petri. Cuius & me- Marcus. minit in epistola sua, dicens. Salutatur uos quae in Baby- 1. Petri. 5 lone est, uestrae consors electionis Ecclesia, & Marcus filius meus.

Moritur sub Neronis imperio, sepultus in Alexandria, ubi Eccliam constituerat, succedente sibi Aniano.

Euangelium scripsit, quod & Petri dicitur.

ZACHARIAS filius Barachiae, Hic quoniam ze- Zacharias. lans legem domini, dixit, Quare transgredimini pre- 2. Para. 24 ceptum domini, quod uobis non proderit? lapidatus Esaie. 8 est in atrio domus Domini sub rege Ioas, Qui cum moreretur, dixit. Videat dominus, & requirat.

Iuxta duodecim tribus, duodecim quoque discipu- Duodecim los elegit Domini, qui in omnem terram diuulgarent E- apostoli. uangelium eius. Hos & Apostolos nominauit. Simonē Matth. 10 uocans Petrum. Andream fratrem eius. Iacobū, et Io- Acto. 1. annem, Philippum, & Bartholomeum, Mattheum, & Thomam, Iacobum Alphei filium, et Simonē, q uocatur Zelotes. Iudā Iacobi, et Iscarioten, qui proditor fuit.

Horum sermones et miracula scripta sunt in uolumine Actorum, et reliquis libris Testa. Noui.

IOSEPH ab Arimathia, homo diues, et clandesti- Ioseph. nus Christi discipulus. Hic est qui postulauerat a Pi- Matth. 27 lato corpus Iesu, et inuoluit syndone, ac sepeliuit illud in monumento nouo, q, exciderat in petra.

Ioānes Apostolus, quē Iesus amauit plurimū, filius Iohannes.

Catagogus

Zebedei, frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Christi decollauerat. Nouissimus omnium Euangelium scripsit, rogatus ab Asiae Episcopis, aduersus Cherinthum, & alios hereticos.

Scripsit & Epistolam, quae Canonica uocatur. Nam de alijs duabus adhuc dubitant, cuius nam sint.

Lucas.

L V C A S medicus, Antiochenus, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius indiuiduus comes, ut ipsius Acta testantur.

2. Cor. 8

Scripsit Euangelium, de quo idem Paulus. Misimus cum illo fratrem cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Et ad Coloss. Salutat uos Lucas medicus, charissimus. Et ad Timotheon. Lucas est mecum solus.

Coloss. 5.

1. Timo. 4

Scripsit & aliud uolumen egregium, quod Apostolorum acta inscribitur.

Vixit octoginta & quatuor annis, uxorem non habens. Sepultus in Constantinopoli.

Lasarus.

Iohan. 11

12

L A S A R V S, Bethaniensis, a castello Mariae & Marthae sororum. Hunc quatruiduanum Dominus suscitauit. Vnde factum, ut & ipsum quoque conati sunt occidere Iudaei.

Nicodemus

Iohan. 3

7

N I C O D E M V S homo ex pharisaeis, princeps Iudaeorum. Et hic discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudaeorum. Hic est, qui uenit ad Iesum nocte, conferens cum eo, & in concilio patrocinatur pro Iesu.

19

Cum mortuus esset Iesus, ferens mixturam myrrae

Illustrium Virorum.

15

rhæ et aloes, ad libras ferme centum, obuinxit cor-
pus lintheis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis se-
pelire.

PAVLVS Apostolus non ab hominibus sed **Paulus**
per Iesum Christum ac deum patrem. Israelita, exge **Philip. 3**
nere tribus Benjamin, Ebreus ex Ebreis, iuxta legem **Gal. 1**
phariseus. Natus in Tharso Ciliciæ, ceterum educa- **Acto. 22**
tus ad pedes Gamalielis.

Olim aut institutis in patria traditiõc, per sequebatur
Christianos uehementer, alligans in carceres, acceptis
ad hoc literis ab Iudæis & principibus eorum. Do-
nec prostratus e coelo a Deo, electus est ut uas elec-
tum, qui portaret nomen Christi coram Regibus &
gentibus, ac filiis Israel.

Qualia & quanta perpeßus sit pro nomine domi-
ni Iesu, miracula eius, & sermones docent, scripta in
uolumine Actorum, & Epistolis eius.

GAMALIEL legis doctor, homo in precio habi- **Gamaliel**
tus apud totum populum, præceptor Pauli. ut in **Ac-**
tis scriptum reperitur.

Hic est, qui consiliũ dederat in confesso Iudæorũ, **Acto. 5**
& si ex Deo sit negotium Verbi, exterminari non po-
test. Sin autem, non debere reluctari Iudæos, quando
deo reluctari uiderentur.

Cornelius Cesariensis, centurio cohortis quæ di- **Cornelius**
cebatur Italica, homo religiosus, ac timens Deum, **Acto. 10**
cum tota domo sua, presentans elemosynas mul-
tas plebi, exemplum præbuit omnibus præfectis

Catalogus

populorum benefaciendi.

Apollo.
Acto. 18

Cōuersio eius ad fidē, per Pctrū Apof. scripta est.
APOLLO Iudæus, genere Alexandrinus, uir eloquens, & potens in scripturis sanctis.

1. Cor. 1.

Hic cum esset institutus in uia Domini, & feruens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea, quæ sunt domini, uehemēterq; reuincebat Iudæos, publice ostēdens per scripturas, quod Iesus esset Christus.

Dionysius.
Acto. 17

Cognitus a Paulo & Barnaba, susceptus est, & ipse quoq; in ministerium uerbi.

DIIONYSIUS Arriopagita uir magnus, adiunctus uie Domini per Paul. m. Apostolum. Qui tamen an ille sit qui diuinas hierarchias conscripsit, nulla scripturarum exprimit.

Aquila.
Acto. 18

AQ. VILA Italus, genere Pontius, Iudæus, & ipse quoq; indiuiduus comes Pauli, qui multa in ipsum Paulum beneficia contulit.

Profligatus ex Italia sub Claudio, qui omnes Iudæos Roma decedere iussit, cum Paulo uersabatur.

Septem diacones.
Acto. 6

Item aliquamdiu exercuit artificiū texendi aulæa. Habuit & Diacones prima Ecclesia, uiros septem spectatæ probitatis, spiritus sancto & sapientia plenos. Horum nomina extant Acto. 6. Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timo. Barnabas, et Nicolaus.

Officiū horum erat, in multitudine eleemosynas partiri, præesse in temporalibus Ecclesie Dei, & una etiam docere.

Philippus.

Philippus ille unus est e septem diaconibus, atq;

idem etiam Euangelista, habens quatuor quoque filias Acto. 21
uirgines prophetantes, hospes Pauli.

A G A B V S propheta Ierosolymitanus, spiritu Agabus.
multa significauit, tum discipulis, tum Paulo, de tribu Acto. 11
Iudae et famae quae futurae erant illis. 21

S T E P H A N V S plenus gratia et fortitudine, Stephanus.
faciebat signa magna in populo. Raptus in seditione Acto. 6
Cyrenensium et Alexandrinorum scribarum, lapida- 7
tus est, reddens spiritum Deo his uerbis, Domine Ie-
su, accipe spiritum meum. Ne statuas illis peccatum
hoc pro persequentibus se, exemplo Christi, orans.

A N A N I A S antiquus discipulus Domini. is est Ananias.
qui Paulum apostolum baptisauit. Acto. 9

T I M O T H E U S filius mulieris cuiusdam Iudaeae fi- Timotheus.
delis, caeterum patre graeco. Hi quoniam bonum testi- Acto. 16
moniū habebat ab ijs qui erant Listris, Paulus suscep-
to eo in ministerium uerbi, filij loco habuit, scripsitque
epistolas ad eum, quae extant in hunc diem.

Erant et prophetae quidam in prima Ecclesia, ac Prophetae
Doctores, Barnabas, et Simon, qui dicebatur Niger, quidam.
et Lucius Cyrenensis, et Manahen, qui fuerat Hero-
dis collactaneus, et Saulus. Horum quoque in uerbo
ministerium fidele, scriptum est in Actis.

T I T V S discipulus Pauli, et ipse filij loco ha- Titus
bitus una cum Timotheo, eum propter eximiam in-
dolem, et fidem, Episcopum praefecit Paulus in sula
Cretae, scribens ad illum epistolam ex Neapoli, quae
in Ecclesia legitur.

Catalogus

Extant & aliorum complurium discipulorum nomina, & commendationes in Epistolis Paulinis & Apostolorum. Quoniam uero illorum nulla in signi facta extant, nō ab hoc quidem Catalogo excludimus, uerum nomina eorum & memoriam in scripturis, legem Domini sedulo meditantibus, legenda relinquimus.

Ioseph &
Mathias.
Acto. 1

Postquam Iudas abiisset in locum suum, ne uacaret numerus duodenarius, hos duos elegerunt Apostoli s. Ioseph, qui uocatur Barsabas, & Mathiam, sed pre catione facta ab Apostolis, sors cecidit super Mathiam, & coaptatus est in numerum undecim Apostolorum.

Ioses.
Acto. 4

IOSES, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis. i. filius consolationis, leuites, cyprius genere, cū haberet agrum uendidit illum, & ante pedes Apostolorum posuit precium.

15

Comes fuit & socius Pauli in ministerio uerbi, a quo tamen aliquando disiunctus est.

LIBER SECVNDVS.

¶ Catalogus obscurorum uirorum Veteris & Noui Testamenti.

¶ Primo de Viris obscuris Veteris testamenti.

Cain.
Genesis. 4

CA I N primo genitus Ade, homo agricola, sed malignus, peruersus, & auarus, Abel

Virorum Obscurorum.

deus respexisset ad munera ipsius. Hinc profugus in terra nersatur.

Post hunc exorti sunt Gigantes, homines tyranni Gigantes. & impurissimi, celebrati eo seculo. Propter eorum Genesis. 6 tyrannidem, luxuriam, & corruptionem perditus est totus orbis.

NIMROD tyrannus impius, cepit potens esse in Nimrod. terra, & robustus uenator coram Deo. Genesis. 10

Ab eo exiuit prouerbiū, Quasi Nimrod robustus uenator coram Domino.

Principium regni eius Babylon, cuius primus constructor fuit. Cham.

CHAM filius Noe, homo impudens, qui non operuit turpitudinem patris sui. Vnde audit a patre. Maledictus Cham, seruus seruorum erit fratribus suis. Genesis. 9

Ab hoc propagati sunt Chananei, & idololatres AEdificantes gentes. turrim.

Celebrantur inter obscuros & pessimos, qui ut celebrarent nomen suum, aedificauerunt sibi turrim cuius culmen pertingeret usq; ad caelum. & ob hoc inter posteriores, ueluti superbissimi iactatores reputati sunt. Genesis. 11

HISMAEL filius Agar ancillae Abraam, homo saeuus, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum. Hismael. Genesis. 16

ESAV frater Iacob, filius Isaac, uir gnauus uenandi, & homo agricola, inter reprobos censetur. Esau. Genesis. 25

Catalogus

- Malach. 1** Iacob dilexi, Esau odio habui.
- Sichem.** SICHEM filius Emor Euæi, Princeps Chananeus, & urbis Salem, quoniam rapuerat & stupraverat Dinã filiã Iacob, dignas sceleris pœnas pœdens, cum omni populo urbis suæ deperditus est.
- Her.** HER primogenitus Iudæ, nequam in conspectu Domini fuit, atq; ideo occisus est ab eo.
- Genesis. 38** Onan. ONAN quoq; frater Her, inuidens defuncto fratri, iussus ingredi ad uxorem defuncti fratris, semen in terram proiecit, ne liberi fratris nomine nascerentur. Idcirco percussit illum Dominus, eo quod rem tam detestabilem perpetrasset.
- Pharao.** PHARAO tyrannus Aegyptiorum, opprimens filios Israel, uicissim flagellatur, & in mari rubro suffocatur. Exo. 1. usq; ad caput. 14.
Euerunt & alij eius nominis Pharaones, sed omnes pessimi, qui & dignas scelerum pœnas pependerunt.
- Adonise-
dech.** ADONISEDECH tyrannus, LXX Regibus amputavit manuum & pedum summitates, fecitq; colligere panem sub mensa eius. Sed sicut fecit, sic reddidit illi Dominus.
- Iudic. 19.** Beniamite. Filij Belial erant, & uere obscure notæ, qui querentes abuti homine Leuita, & aduena, tantæ cladis in Israel causa fuerunt.
- Iudic. 19** Filij Heli. h. Filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum, propter officiorum subtrahentes carnes ab sacrificijs, impietatis debitas pœnas persoluerunt in bello occisi.
- 1. Reg. 2**

Virorum Obscurorum.

12

Fuerunt & SAMVELI filij Iohel, & Abia, Filij Samuel
Iudices in Bersabee. Verum non ambulauerunt in 1.Reg.8
uijs patrum suorum, sed declinauerunt post auariti-
am, peruerteruntq; iudicium. Vnde populo facti exo-
si, occasio fuerunt ruinae populi, quod populus pro iu-
dicibus concupiuit Regē, contra uerbum Domini.

S A V L filius Cis, de tribu Benjamin, initio qui- Saul.
dem uir bonus & electus, neque fuit melior illo in Is- 1.Reg.9
rael, sed quia non ambulauit iuxta uerbum Domini,
datus in reprobum sensum, audit a Domino per
prophetam. Quia tu abiecisti, sermonem Domini,
abiecit Dominus te, ne rex sis.

Insania & stulticia eius, quas admisit, scriptae
sunt in libro Samuelis.

DOECH uir de seruis Saul, Idumaeus, potentis- Doech.
simus pastorum Saul. Hic est qui prodidit Achimelech Idumaeus.
sacerdotem, & effecit apud Saul, ut de Sacerdotibus 1.Reg.21
occideret. & uiros, exceptis inhabitatoribus urbis, 22
magnis & paruis.

GOLIATH Ethius altitudinis sex cubitorum, Goliath.
uir spurius de castris Philistinorum, maledixit castris 1.Reg.17
Israel, & confidit in superbia sua, unde perijt, & ab
Dauid occiditur.

A G A G rex Amalech pinguisimus, & Domi- Agag.
no anathema factus, a Samuele in frustra concisus est 1.Reg.15
coram Domino in Galgalis.

Nabal homo potens & magnus nimis in deserto Nabal.
Pharam, in solitudine Maon, uir Belial quidem, 1.Reg.25

C ij

Catalogus

- sed possessio eius multa nimis, quia misericordiam cum
Dauid profugo non fecit, occidit illum dominus.
- Ioab.** IOAB, & Abisai filij Saruie, occiderunt Abner
2.Reg.3 principem exercitus, & Amasa filium Iether, duos
uiros meliores sc. cuius quoq; sceleris meritas poenas
soluerunt. 5.Reg.2.
- Banaa.** BANAA, & Rechab duo uiri principes latro-
& Rechab num, qui percutientes Isboseth filium Saul, & ab lato
2.Reg.4 capite eius ad Dauid, uolentes complacere ei, amputa-
tis manibus & pedibus, suspensi sunt super piscinam
que est in Hebron.
- Absalon.** ABSALON filius Dauid, sed temerarius, &
2.Reg.13 inobediens patri suo, periit male, in arbore crinibus
suspensus.
- Ammon.** AMMON quoq; filius Dauid, quia rem nefandam
2.Reg.13 ausus est cum sorore perpetrare, iusto iudicio domi-
nus permisit, ut Absalon occideret eum.
- Semei.** SEMEI uir de cognatione domus Saul, filius Geri.
2.Reg.16 Hic maledicens Dauid dum iret in terra profugus, mit-
tens lapides, una cum furiosis uocibus, Egredere, egre-
dere uir sanguinum, fili Belial, sub Salomone lese ma-
iestatis crimen, commutatione uite sue persoluit. 5.
Reg.2.
- Achitofel.** ACHI tofel consiliarius pessimus. Qui cum dedis-
2.Reg.17 set contra Dauid consilium pessimum, neq; illi ab Ab-
salon subscriberetur, suspendio seipsum peremit, &
in seipso uerificauit prouerbium, Malum consilium,
consultori pessimum.

Obscurorum Virorum.

19

SIBA uir Belial, filius Bochri, homo seditio-
sus, canens buccina, separauit Israel a David, fe-
citq; commotionem magnam in Israel. Quare pro-
fugus extra patriam, deprehensusq; capitis supplici-
um pependit. Siba.
2.Reg.20

ROBOAM filius Salomonis, sed tyrannus qui
negligens consilium senum & consiliariorum patris
eius, audiensq; consilia iuuenum, perdidit & se, &
populum suum. Roboam.
3.Reg.12

HIEROBOAM filius Nabath, Euphrateus
de Sareda, aliquando seruus Salomonis. Primum
quidem uir fortis & potens, & industrius, sed sus-
fectus in regem Israel, timens gloriae suae, dereliquit
Dominum: & excogitato consilio, fecit duos uitulos
aureos, dixitq; populo. Nolite ultra ascendere in Ie-
rusalem. Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de ter-
ra Aegypti. Et factum est uerbum hoc in peccatum
& in ruinam omnis populi Israel. Hieroboam
3.Reg.11
12
13

Facit etiam phuna in excelsis, & sacerdotes de
extremis populi, qui non erant de filiis Leui. Qui-
cunq; uolebat, implebat manum suam, & fiebat sa-
cerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit
domos Hieroboam, & mersa est & deleta de super-
ficie terrae.

Dies quibus regnauit, uiginti duo anni sunt: &
dormiuit cum patribus suis, & regnauit filius eius
Nadab pro eo.

ABIA filius Roboam rex Iuda, tribus an- Abia.

C ij

Catalogus

nis regnavit Ierusalem. Non fuit rectum cor eius coram domino, & ambulavit in omni via patris sui.

Qui licet impius, tamen tempore angustiae speravit in Domino, & liberavit eum.

Post victoriam contra Hieroboam accepit uxores 14. procreavitque vigintiduos filios, & filias sedecim.

Reliquae autem sermonum Abiae, et opera eius scripta sunt diligentissime in libro Addo uidentis.

Nadab.

7. Reg. 15

NADAB filius Hieroboam, regnavit super Israel duobus annis, sed quia ambulavit in viis patris sui, consilio Domini factum est, ut Baasa filius Abiae de tribu Isaschar, percussit eum, & regnum eius, & omnem domum Hieroboam.

Achab.

3. Reg. 16

ACHAB filius Amri regnavit in Samaria vigintiduoobus annis, & fecit malum in conspectu Domini super omnes qui ante se fuerunt.

Servivit Baal, & adoravit eum. Vxorem duxit pessimam, filiam Regis Sidoniorum Iezabel.

Persecutus est Heliam, & omnes prophetas domini occidit quos habere potuit, neque fuit alter sicut Achab qui uenundatus est ut faceret malum. 3. Reg. 21.

Ochozias.

4. Reg. 1

OCHOZIAS filius Achab, regnavit super Israel Consuluit Beelzebub, & ambulavit (.2. annis. in omni via patris sui, homo impiissimus. Unde & misera morte periit, occisus a Iehu.

Fuit & alius huius nominis, itidem et desertor dei.

Achas.

7. Reg. 16

ACHAS filius Ioathan, rex Iuda, sedecim annis regnavit in Ierusalem. Non fecit quod placet

Obscurorum Virorum. 20

citum erat in conspectu Domini, sed consecrans filium suum per ignem, idola Gentium adoravit.

MANASSES. 12. annorum erat cum regnare cœpisset, & 25. annis regnavit in Ierusalem. Manasses. 4. Reg. 21

Malū fecit in cōspectu Domini, iuxta abominatiōes Gentium edificavit excelsa, quæ dissipavit Ezechias pater eius: erexit aras Baal, et adoravit omnē militiā

Traduxit filium suum per ignem, & ha (cœli. violatus est, & observabat auguria, fecitq; phytōnes & haruspices.

Sanguinem innoxium effudit multum nimis, donec impleretur Ierusalem usq; ad os.

Reliqua autem sermonum Manasse, & peccatum eius quod peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum Regum Iuda?

AMON filius Manasse, duobus annis regnavit, & ambulavit in omnibus immundicijs patris sui, & dereliquit Dominū deum patrū suorū. Tetenderuntq; ei insidias serui sui, & interfecerunt eum in domo sua. Amon. 4. Reg. 23

IOIAKIM fecit malū coram Domino, quare in manus Chaldeorum, Syrorum & Moabitarum & filiorum Ammon traditus est a Domino. Ioakim. 4. Reg. 24

Regnavit & ille tribus mensibus in Ierusalem, sed quia diuina potestas principatum impium non fert, Domino uolente factum est, ut propter impietates eius duceretur in Babylonem. Ioachim. filius Ioakim. 4. Reg. 24

SEDECHIAS undecim annis regnavit in Ierusalē, et fecit malū in conspectu Domini, iuxta omnia Sedechias.

Catalogus

quæ fecerat pater eius. Viuus uinctus, exoculatus
 & in Babylonem perductus est, mortuusq; ibidem in
 domo carceris.

Duo Iudi-
 ces.

Inter obscuros uiros iure optimo censeri debent
 etiam iudices illi, ministri impietatis, qui uoluptate ille-

Daniel. 13

ti, & sanguinem tradentes innocuum Susannæ, castis-
 simæ foeminæ, ipsi in foueam quam parauerunt in-
 ciderunt.

LXX. sa-
 cerdotes.

BELI & quoq; sacerdotum. LXX. insignem
 imposturam, quis non merito inter obscurorum uiro-
 rum facta annumerandos censeat? Historia in Danie-
 le nota est.

Belis.

Daniel. 14

Phassur.

Hiere. 20

PHASSUR filius Emmer sacerdotis, ac prin-
 ceps in domo Domini, impiorum sacerdotum dux
 impius. hic est qui Ieremiam prophetam in neruum
 misit. Verum sicut egit, sic factum est illi, & transla-
 tus est in Babylonem, atq; in exilium proscriptus,
 ubi periit.

Semeias.

Hiere. 29

SEMEIAS pseudopropheta, prædicauit carna-
 lem libertatem populo Dei, suasiq; contra uerbum
 domini in ore Ieremiæ abijcere iugum. Vnde periit
 & ipse, & omnis domus eius.

Achab &

Sedechias.

Hiere. 29

Iudicium Domini acre fuit contra Achab & Se-
 dechiam, quos frixit rex Babylonis in igne. pro eo
 quod fecerunt stultitiam in Israel, & mœchati sunt
 in uxores amicorum, & locuti sunt mendaciter in
 nomine Domini, quod non præcepit eis. Aquibus
 exijt prouerbium maledictionis. Ponat te Domi-

Virorum Obscurorum.

nus sicut Sedechiam, & sicut Achab.

SAPHACIAS. Hiedalias, Iuchal, et Phasur, aduersarij Hieremie, qui apud regem accusauerunt eum, & in carcerem conijci fecerunt.

Osores, qui
dam uerbi
& uerita-

ISMAEL filius Nathanie, inuidens glorie Godolie & Iudeorum, qui non iuerant in captiuitatem, subordinatus a Baalis rege Ammonitarum, percussit clam Godoliam in Masshat, & cum eo plures alios adueuas & peregrinos.

tis.
Ismael.
Hierc. 48

Abominatones pessime quedam obscurorum uirorum, & machinationes contra Deum altissimum, extant in Ezech. cap. 8.

Abominati-
ones obscu-
ror.

AMAN filius Amadathi, de stirpe Agag. hunc exaltauit rex Assuerus super omnes Princeps quos habebat, cunctiq; serui in foribus palatij genu illi flectebant. Sed cum solus Mardocheus genu illi non flecteret, indignatus Aman, apud Regem necem omnium Iudeorum procurauit. Ac diuina prouidentia, quod ipse alijs parauerat malum in caput proprium recitum recidit. Ibidem. 7.

Aman.
Hester. 3. 4.

NABUCHO donosor nusquam non meminerunt Propheta, ut flagelli Dei. Fuerunt autem & alij eius nominis, qui tamen omnes post illata mala populi sanctorum, & ipsi nouissimo supplicio affecti perierunt, Lege sermone prophetarum & libros Chronicorum.

Nabuchon-
osor.
Daniel. 9
14

ANTIOCHVS tyrannus, rerum potitus in Iudea, inflatus superbia diaboli, terribilem patrauit

Antiochus

o c y

Catalogus

Sanctorum caedem in Ierusalem. Verum utrumq; tamen poenitentia ductus, praenimia tristitia, miserabilem vitam terminauit.

Alchimus. ALCHIMUS aliquando summus sacerdos, sec in persecutione ab officio deiectus, ob impietates eius nebulo sceleratissimus, prodicione apud regem Demetrium conatus est perdere gentem suam, ut ipse in fastigium suum rursus sufficeretur. Unde et paralysi dissolutus, meritas prodicionis poenas persoluit.

Triphon. TRIPHON proditor dolosus, dominum suum regem Antiochum, adulescentem, dolo occidit. Similiter et Ionathan, et duos filios eius.

Andronicus. ANDRONICVS rogatus a Menelao, et muneribus corruptus, occidit summum sacerdotem Oniam, uirum eximie probitatis et uirtutis.

Giezi. GIEZI seruus Helisei prophetae, quia corruptus auaritia, tulit clam pecuniam a Naaman, et lepra percussus est.

¶ Secundo, DE VIRIS Obscuris Testamenti Noui.

Herodes. HERODES tyrannus, de quo Imperator dixit, se malle porcum eius esse quam filium, timens gloriae suae, occidit omnes pueros in Bethlehemi, et confinibus eius.

Herodes tetrarcha. HERODES tetrarcha, sicut eiusdem nominis, ita et impietatis nequissimus consors, tyrannus et adulter fuit, non ferens increpationem Iohannis baptiste, a scorto passus est se dementari, ut occideret uirum sanctum.

Virorum Obscurorum.

22

Fuit & alius eius nominis Herodes Agrippa, qui Herodes
occidit Iacobum fratrem Domini gladio. agrippa.

Huic cum negotium esset cum Tyrijs & Sidonijs, Acto. 12
et cū in tribunali passus esset sibi acclamari uoces dei
neq; dedisset gloriam deo, confestim angelus domini
percussit eum, et crosus a uermibus misere expirauit.

IUDAS unus ex duodecim, cognomine Ischa- Iudas Ischa
riotes, illectus mercede iniquitatis, & studio pecuniae riotes.
habendae, preter hoc quod fur erat, etiā Dominum no Matth. 26
strum Iesum Christum tradere, & triginta argenteis Acto. 1.
uendere non est dedignatus.

CAIPHAS ille est qui consilium dedit, expe- Caiphas.
dire, ut unus moreretur pro populo, ne periret tota
gens. Iohan. 12.

Cui & Annas, Alexander, Iohannes, & ceteri Annas.
Pharisaei subscripserunt, & in Actis Apostolorum, Iohannes.
etiam Apostolos exploderunt, ne in nomine Iesu an- Acto. 4
nunciarent.

PILATUS ex insula Ponto, preses Iudae, & Pilatus.
pro cōsul uice Imperatoris, sciens quidem innocētem Matth. 27
Iesum, timens autē potestati suae, maluit sanguinē inno-
xium fundere, quam ab impijs Iudaeis apud Impera-
torem, ut patronus impietatis, licet falso, accusari.

BARIEHV magicæ artis professor, apud in- Bariehu.
sulam Paphos mire quidem illic plebem, & Sergium Acto. 13
proconsulem prestigijs incantauit & seduxit. Sed
cum Paulo & Barnabae se etiam opposuisset, mire
uiribus explosus, cecitate tactus est.

Catalogus

- Simon.** **SIMON** magus in Samaria, multis annis præ-
Acto. 8 stigijs magicis populo imponens, putansq; dona spi-
ritu sancti pecunia redimi, multos sui criminis con-
sortes & posteros reliquit.
- Alexander.** **ALEXANDER** faber ærarius multis modis
Paulo obstitit, ne libere Euangelium prædicaretur.
De quo inquit Paulus. 2. Timo. 4. Alexander ærarius
multis malis me affecit: reddat illi Dominus iuxta
facta sua, quem & tu caue.
- Hymenæus.** **HYMENÆVS** & Alexander duo pseudo-
1. Timo. 1 apostoli, operarij iniquitatis, & reprobi circa fidem,
imponebant Discipulis, dicentes resurrectionem iam
esse factam. Quos & Satanae tradidit Paulus.
- Iamnes.** **IAMNES**, & Iambres, ut inquit Aplūs, pseudo-
Iambres. prophetæ fuerūt, qui se Mosi opposuerunt. 2. Timo. 3.
- Diotrephes** **DIOTREPHES** præses Ecclesie, sed tumidus &
3. Ioan. impius, qui quoniam amauit primatum, Ioanni apo-
stolo & discipulis ausus est repugnare.
- Incestuosus** Non extat quidem nomen impij huius qui ince-
1. Cor. 5 stum perpetravit, sed dignus certe qui inter obscuros
Christianos conscribatur.
- Demetrius.** **DEMETRIVS** faber argentarius, qui facie-
Acto. 19 bat delubra argentea Dianæ, præstabatq; artificibus
non exiguum quæstum Ephesijs.
Hic timens questui suo, & suorum, commouit
ciuitatem, & seditionem excitauit contra Paulum &
discipulos Christi.
- Ananias.** **Ananias** princeps sacerdotum, sedens pro tribu

nali inflatus, cædi iussit Paulū, q̄ paarum aulico illi re **Acto. 20**
 spondisset. Cui uicissim Paulus, Percussurus est te de-
 us paries dealbata.

A N A N I A S una cum uxore Saphyra uendi- **Ananias.**
 derunt possessionem tempore quo habeant omnia **Saphyra**
 communia Apostoli. Sed cum mentirentur spiritui san **Acto. 5**
 cto, & non esset rectum cor eorum coram Domino,
 percussi sunt ambo subitane amorte in conspectu apo-
 stoli Petri.

LIBER TERTIVS.

¶ Catalogus illustrium Mulierum Ve-
 teris & Noui Testamenti.

¶ Primo, De Illustribus Mulie-
 ribus Veteris Testa.

Vxor Adæ Heua, quam finxit Deus ex costa **Heua.**
 illius. quoniam bonum non erat, hominem **Genesis. 2**
 esse solum.

Sic dicta. quoniam mater est omnium uiuentium.
 Vocauit autem eam Viraginem uir eius, quia de uiro
 sumpta est.

Quia autem passa est sibi illudi a serpente, labo-
 res & erumnas, cum posteris omnibus incidit, audit-
 q̄ a Domino. Multiplicabo erumnas tuas, & concep-
 tus tuos. In dolore paries, & sub uiri potestate eris,
 & ipse dominabitur tui.

S A R A uxor Abraæ uiri dei, pulchra nimis, sed **Sarab**

Catalogus

Genesis. 19
21 sterilas. Hæc beneficio dei genuit Isaac in senectute sua, uocauitq; nomen filij sui quem genuit Isaac, dicens. Quia risum mihi fecit deus, quicumq; audierit irridebit mihi.

23 Sepulta est in spelunca duplici, quæ respicit Mambræ. i. Hebron, in terra Chanaan. Vixit annis. 127. & mortua est.

Rebecca
Genesis. 24 R E B E C C A filia Bathuel, filij Melchæ uxoris Nachor fratris Abraam, desponsata Ishak patriarchæ, peperit illi Esau, & Iacob.

Rachel &
Lya.
Genesis. 29 R A C H E L & Lya filia Laban, filij Nabor uxores Iacob, pro quibus seruinit. 14. annis. Fuit aut Lya maior natu, sed lippis oculis. Rachel autem decorata facie, ac uenusto aspectu.

Filiae Lya. Primogenitus Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Isachar & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph & Benjamin.

Rachel ob difficultatem partus periclitata, mortua est, & sepulta in uia quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem. Erexitq; Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel usq; in presentem diem.

Mater Mo-
seh.
Exodi. 2 Merito inter prudentes & cordatas mulieres recenseri debet mater Mosch, uiri dei, tametsi nominis alioqui ignoti, quæ non obstante edicto regio, ausa est puerum reseruare suum: astuq; procurare, ut in manus reginæ Pharaonis perueniret & serua- retur, neq; periret aquis.

Mulierum Illustrium .

24

SEPHORA uxor Moseh, filia Raguel sa= Sephora: i
cerdotis Madian, quam dedit ille in uxorem Mo= Exodi. 2
seh, quando fugit a facie Pharaonis, & pavit illi
pecora eius. Quae illi peperit filios, Gersan, & E=
liezer.

MARIA soror Mosi et Aaron, prophetissa, lepra Maria so=
percuſſa, & rursum sanata est, eo quod contra Mo= ror Mosi.
sen marmuravit. Exodi. 15

DELBORA prophetes, uxor Lapidoth, quae iu= Delbora:
dicabit populum in diebus Iudicum. ascenderuntq; Iudic. 4
filij Israel ad eam in omne iudicium. Percussit Iabin
& Sisaram, cum uniuerso exercitu eorum, & disper=
sit eos.

RUTH moabitiss & ethnica, nurus Noemi mulieris Ruth.
Bethlemiticae, sed quia in omnibus prudenter se gessit, Ruth. 1.
timuitq; Deum Israel, conscripta est etiam in genea=
logiam Christi saluatoris nostri, sociata coniugio Bo=
oz. Cuius historiae liber extat.

R A H A B nobile scortum Hierichonti = Rahab.
num. Sed quia confessa est Dominum, dicens. Do = Iosue. 2
minus ipse est Deus in caelo sursum, & in terra de=
orsum, recepitq; exploratores hospicio, recensita
est in genealogia saluatoris nostri: ut qui propter Matth. 7.
peccatores uenerat, de peccatoribus quoq; nascere=
tur.

Similiter & Betschaba (quae alias Bersabe) uxor Betschaba.
Vriae, tametsi alioq adulterio infamis, propter Dauid, 2. Reg. 12
uirum tamē sūm cor Dei, & cui facta est repromissio,

Mulierum Illustrium.

23

fratrē suum occidit, cum condonatum est illi peccatū,
& inter prudentes illustres mulieres computata.

Susanna.
Daniel. 13

SUSANNA filia Heichiae, uxor Ioachim, pulchra
nimis, & facie decora. Parentes eius cum essent iusti,
erudierunt eam secundum legem. Unde edocta in uer-
bo Domini, maluit oppetere mortem, & incidere in
manus hominum, quam consentire adulterio, & in-
cidere iram domini.

Iudith.
Iudith. 8

IUDITH uidua, uxor Manesse, qui cum in diebus
messis hordeaceae ab aestu solis incaluisset, mortuus est
in ciuitate Bethulia.

Hæc in superioribus domus suae fecit sibi secre-
tum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa habi-
tabat, & habens super lumbos suos cilicium, ieiuna-
bat omnibus diebus uitae suae sabbata & dies festos
Israel.

Prudentia & mirabilia eius quae fecit in Israel,
scripta sunt in libro Iudith, uolumine nominis eius.

Hester.
Hester. 2

HESTER, quae & Edissa, pulchra nimis & deco-
ra facie, omniumq; oculis gratiosa. Ea cum amisisset
utrumq; parentem, adoptata est a Mardocheo in fili-
am, & in salutem omnium Iudaeorum prouidentia
Dei, in reginam Assueri electa.

Prudentia eius, & species decoris eius, & quomo-
do Aman, hostis Iudaeorum, necem procurauit, scrip-
ta sunt in libro Hester.

Anna.
2. Reg. 1

ANNA uxor Helchanae Ephrataei, sed steri-
lis. Verum quum probro illi sterilitas obijceretur,

Illustrium Mulierum. 25

Dominum precata, exaudita est ab eo, & Samuelem genuit prophetam.

ABIGAIL uxor Nabal, hominis stupidi & Abigail. impij, prudentissima, & speciosa ualde, cuius factum 1.Reg. 25. prudens, historia exprimit.

Vidua hæc proculdubio electa, & Deo fuit placens, ad quam tantus uir dei Helias diuertit, eam ne dum releuans a penuria fame, sed & filium eius extinctum a mortuis excitans ad uitam. Vidua Saram raptena. 3.Reg. 17.

OLDA prophetes, uxor Sellum, filij Thecucæ, habitans in Ierusalem, dedit responsa sub Iosia rege. 4.Reg. 22. Olda.

Insignis fuit & Abelatensis, de qua in prouerbio dicebatur, Qui interrogant, interrogent in Abela. 2.Reg. 20. Hæc Sibæ ad urbem eius confugientis præcidit caput, & urbem ab obsidione liberauit. Abelatensis.

Duæ mulieres meretrices certabant coram Salomone super puero oppresso, ubi altera mirum pietatis affectum expressit. 3.Reg. 3.

Regina SABA tantum polluit sapientia, ut ne dum in ueteribus, sed etiam Euangelicis scripturis a Christo meruit celebrari. Regina Saba. 3.Reg. 10.

SVNAMITIS hospes prophetae Helisci, non celebraretur quidem in scripturis, nisi diuino munere donatum hoc illi fuisset, ut tanti uiri hospes digna haberetur. Sunamitis. 4.Reg. 4.

SARA filia Raguelis, discrete & deuote orauit Dominum, ut eam liberaret de improperio an= Sara. Tobia. 3.

D

Catalogus

cille eius, & propter hoc cum primis recensita est in catalogo prudentium foeminarum.

Mater. 7. filiorum.

2. Mach. 7

Nec posthabenda etiam mater filiorum septem Machabeorum, cuius memorandum facinus scriptum est in libro Machabeorum.

¶ Secundo, DE ILLUSTRIBUS MULIERIBUS Testamenti Noui.

Elisabeth.

Lucæ. 1.

ELISABETH uxor Zachariæ sacerdotis cognata Mariæ, cum esset sterilis, miraculose facta est mater Ioannis Baptistæ.

Maria.

Matth. 1.

Lucæ. 2.

MARIA uirgo, & mater Iesu Christi, filij dei, Domini nostri. Cuius laus est in omnibus scripturis et prophetis. Quæ tametsi omnes dignitate supergrediatur foeminas, tamē nihil obstat, si uelut principem illustrium mulierum etiam nostro inseramus Catalogo.

Mentio eius, & historia partus eius scripta est in Euangelio.

Anna.

Lucæ. 2.

ANNA prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Vixit cum utroque anno septem a uirginitate sua.

Post uiri uero mortem uidua permansit octoginta annis, perseuerans in templo assiduis ieiunijs & precationibus nocte ac die.

Confessio eius de Messia, & consolatio ad expectantes redemptionem, scripta sunt apud Lucam.

Vidua mitens duo æra.

Lucæ. 22

Ignoti quidem nominis hæc uidua, sed non minus quoque clara, quam Christus probans, duo eius minuta in gazophylacium missa, prætulit omnibus, Cresci diuitijs, aut Phariseorum.

Non minus quoq; claræ & illæ de quibus in Luca Magdalena in hunc modum testatur Euangelista. Mulieres quædam sequebantur Iesum, quæ erant sanatæ a spiritibus malis & infirmitatibus. Maria, quæ uocabatur Magdalena, de qua septem demonia exierunt. Et Ioanna uxor Chuse procuratoris Herodis. Et Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant Apostolis & Iesu de facultatibus suis.

MARTHA soror Mariæ eius quæ unxit Dominum unguento, commendatur quidem, quod ministrabat & sollicita erat, sed præfertur pars sororis eius audientis uerbum, supra sollicitudines eius.

His accedit quæ de turba clamauit, ignoti nominis. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Quæ uerba plane libera, liberrimi cordis, & spiritus pleni indicium fuerunt.

Mulier Samaritana, quæ aquam quidem uenerat haurire, sed audiens uerba spiritus sancti, & aquas spiritus hauriens, ob colloquium suum prudentissimum cum Domino Iesu, in omnia sæcula meruit celebrari.

Fide præ alijs maxime pollentes, celebrantur Syrophenissa, & Hemorroissa, quorum altera a Domino audit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Altera, Confide filia, fides tua saluam te fecit.

Cum in Macedonia mulieribus aliquot Christum annu- ciasset Paulus, erat inter illas & Lydia quædam purpurarum uenditrix, ciuitatis Thiatyrenorum, colens

Catalogus

Deum, huius cum aperuisset Dominus cor, intendit diligentissime ijs quæ dicebantur a Paulo.

Tabit.

Acto. 6

Hæc plena operibus bonis, & eleemosynis quas faciebat, cum moreretur, rursus a Petro suscitatur, precibus circumstantium uiduarum pauperum, quas in uita uestibus, & tunicis fouebat.

LIBER QVARTVS.

¶ Catalogus Obscurarum mulierum utriusque Testamenti.

¶ Primo, De Obscuris Mulieribus Veteris Testamenti.

Dalila.

Iudic. 14

DALILA Sorethana, uxor Sansonis, sed impudentissimum scortum. Hæc uexillum merito gestat inter mulieres abiectas, sed & malicia celebris fuit. Deceptiones, & imposturæ eius scurriles scriptæ sunt in lib. Iud. cap. 16.

Vxeres

Sansonis.

Malitia pares fuerunt, sed nominis ignoti, prima Thammatha, & altera quoq; Gazensis, identidem scorta, & uxores Sansonis. Quarum uere foeminea & meretricia blandimenta, eodem libro Iudicum scripta sunt cap. 14. & 16.

Iezabel.

1. Reg. 9

IEZABEL regis sceleratissimi Achab uxor, similiter & crudelis & impia, filia Methael regis Sidoniorum, & omnes prophetas Domini occidit. Heliam prophetam uehementer est insectata. Verbum Domini ludibrio habuit. Occidit Naboth

Obscurarum Mulierum.

27

Iezraelitem, uirum iustum & innocentem. Non fuit impudentior ea ex omnibus mulieribus malis. Lege historiam libro Regum. 3. cap. praesignatis.

ATHALIA mater Ochozia regis. Hæc uidens mortuum filium eius, interfecit omne semen regium, & regnavit ipsa pro eis, miram tyrānidem exercēs.

Athalia.

2. Reg. 18

2. Para. 27

Vna cum filijs suis destruxit domum Dei, & de uniuersis, quæ sanctificata fuerunt in templo Domini, ornauit phanum Baalim.

Conspirauit contra eam Ioiada pontifex, et unxit Iods, habentem annos septem, & gladio occidit eam. 3. Reg. 11.

Sicut nefandum nefas, quod in Ioseph pertentaui uxor Putipharis eunuchi Pharaonis, ita ne nomen etiam eius scriptura dignatur exprimere. Ea cū uidisset Ioseph pulchra facie, iniecit in illum oculos, ad stuprum sollicitans nocte ac die.

Vxor i

pudica

Putipharis.

Genesis. 39

Occasio illi fuit, ut in carcerem conijceretur. Lege historiam in Genesi.

Desperatae pudicitiae fuerunt Moabitides illæ, quæ persuasæ a Balaam, egressæ sunt de finibus suis, & miscentes se Israeli, fornicatæ sunt cum Ebreis, & instituerunt cultum Beelphegor. Propter quarum offendiculum Dominus occidit populum, & cunctos principes suspendi iussit in patibulis.

Mulieres

Moabitides.

Numeri. 25

Inter eas ut in signior celebrata est Cozbi, filia Sur, principis nobilissimi Madianitarum, quam succumbentem Zambri filio Salumi de tribu Symeon

D ij

Catalogus

enis, Phinees pugione confodit, & in pudendis transfixit, & auertit iram Domini a populo.

Mulieres Sa-
lomonē ab-
ducentes ad
idolatriam.
3. Reg. 11

Rex Salomon amavit mulieres alienigenas, filias Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, et Cæthæas, quibus ardentissimo amore copulatus est, fueruntq; ei uxores quasi Reginae septingentæ, & concubinae trecentæ. Vnde auertunt cor eius, adeo, quod oblitus est Domini dei sui, & coluit pro eo Asterthen deam Sidoniorū, et Chamos deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum.

Michol.
4. Reg. 6

Hæc filia Saul, uxor David, tametsi nihil turpe aut spurcum admisisse legatur, quia tantum derisit David maritum ludentem ante arcam, & Dominus reprobavit eam, ne unq; ei filius nasceretur, a nobis quoq; inter impias mulieres conscribitur.

Vxor
Tobie.
Tobie. 2

Sicut sancto Tobie cæcitatem immisit Deus, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, ita malam quoq; uxorem fecit illi contingere, quæ cribraret molestus, dicens. Manifeste uana facta est spes tua, & eleemosine tue modo apparuerunt &c.

Vxor Iob.
Iob. 2

Sic & uxor uiri sancti Iob, nõ minus illi molesta, in melijs tribulationibus improperat, cum potius consolari deberet, dicens, Benedic deo, & morere.

¶ Secundo, DE DBSCVRIS Mulieribus Testamenti Noui.

Herodias. HERODIAS uxor Philippi fratris Herodis regis, sed adultera, & libidinis impatiens derclin-

quens proprium maritum, iunxit se Herodi. Verum Matth. 24
cum ob hoc corripereetur a Iohanne baptista, illa non
ferens disciplinam, & occæca in libidine sua procu-
rauit necem sancti uiri.

Celeberrima est hypocrisis Saphyræ, quæ conspi- Saphyra.
rauit cum uiro suo, et mentita est spiritui sancto, per- Acto. 5
dita subita morte.

De hac in Apocalypsi passim, & plenius supra Babylon
Libro Vndecimo, folio. 175. per totum librum. meretrice
fornicat.

LIBER QUINTVS.

DE BELLIS, VICTO-

ria, & triumphis iustorum

contra impios.

¶ Victoria Abraam.

CAPITO Loth cognato Abraam, a quatuor Genesis. 14
regibus Gentium, Abraam inito foedere cum
Eschol, & Aner, numerauit expeditos uernaculos tre-
centos decem & octo, & persecutus est quatuor re-
ges usq; Dan. Et diuisis socijs irruit in eos, & per-
cussit eos, & persecutus est eos usq; Hoba, reduxtq;
omnem substantiam, & Loth fratrem suum, cū sub-
stantia illius, mulieres quoq; & populum.

Victoria Simeon. & Leui fratrum.

Simeon & Leui fratres Dine, gladijs ingressi ur-
bem Sichimorum cōfidenter, cū iam essent in extremo
dolore ciues, propter circumcistonem, interfecit

D iij

De Bellis Iustorum.

Ultio stupri omnibus masculis, Emor & Sichem interfecerunt principes urbis. Quibus occisis, irruerunt super occisos & ceteri filij Iacob, & depopulati sunt urbem in ultionem stupri cuncta uastantes quæ in urbibus & in agris erant. Genesis. 34.

¶ Victoriæ Moseh.

Moseh.

Moseh egressus ad fratres suos, cum uidisset afflictionem eorum, & uirum Aegyptium percutientem quendam de Ebreis fratribus suis, circumspexissetq; huc atq; illuc, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Exodi. 2.

Idem cum uidisset pastores eijcere filias sacerdotis Madian a fonte, defensis puellis, adaquauit oues earum. Exodi. 2.

Amaleck.
Exodi. 17

Cum uenissent in Raphidim filij Israel, expugnaretq; eos Amalech, ascendit Moses in montem, et cum leuaret manus uincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalack.

Chpusnane

Idem, cum se uoto obligassent Domino filij Israel, si tradidisset Chananeum in manu eorum, quod delecturi essent urbes eius, Dominus exaudiens preces eorum, tradidit illum, quem interfecerunt, subuersis urbibus eius, uocantes nomen loci illius Horna, id est, Anathema. Numeri. 21.

Seor.

Seor rex Amorreorum cum pacifice esset interpellatus, ut pateret transitus filijs Israel per terram suam, atq; ille consentire nolisset, percussus est in ore gladij, & possessa est tota terra eius. Numeri. 21.

Contra Impio .

19

Og quoq; rex Baasan, cum omni populo suo pug-
natus in Edrai, traditus est in manu Israel, & per-
cusserunt eum cum filijs suis ad internitionem, &
possederunt terram illius. Numeri. 21.

Duodecim milia uirorum expeditorum ad pug-
nam filiorum Israel, deleuerunt totum regnum Ba-
lack regis Madianitarum, & ne unus quidem dedi-
dit de filijs Israel, & tulerunt substantias eius & om-
nes masculos interfecerunt. Numeri. 31.

¶ Victoria Phinees.

Phinees cum uidisset uirum Israeliten coram fra-
tribus ingredientem ad scortum Madianiten, arrept-
o pugione, perfodit ambos. Cessauitq; plaga a fi-
lijs Israel. Et occisi sunt uiginti quatuor milia ho-
minum. Numeri. 25.

¶ Victoriæ Iosue.

Postquam audierunt omnes reges Gentium, quod Transitus
siccauit Dominus aquas Iordanis, & traduxisset Is-
rael, dissolutum est cor eorum, & non remansit in
eis spiritus. Iosue. 5.

Hierico capitur septemplici circumitu, & sonitu Hierico.
buccinarum, & corruerunt muri eius. Iosue. 6.

Iosue fretus prudentia et spiritu Domini, cum per
insidias eduxisset habitatores urbis extra Hay, utrin-
que persecutus est eos, occidens duodecim milia ho-
minum, & ciuitatem eorum subuertens. Iosue. 6.

Idem quinq; reges foedere inuicem iunctos, cum
omni populo eorū percussit, cui cædi Dominus quoq; reges.

o v

De Bellis Iustorum.

addidit plagam, ut plures fugitiuorū lapidibus grandinis corruerent quam gladio. Iosue. 10.

Urbem quoq; Maceda cepit, & Lebna, & Eglon & Hebron, & Dahir, captisq; regibus eorum, succendit urbes, & habitatores percussit in ore gladij, nemine ualente resistere illi, quia Dominus Deus Israel pugnabat pro eo.

Iosue. 11.

Iabin regem Asor, & omnes reges Aquilonis & montium, & maris, Chananeum, Epheum, Phereseum, Iebuseum, Eueum percussit, adeo, ut nullas remitteret ex eis reliquias.

Enakim, & stirpem giganteam deleuit de terra, & urbes eorum subuertit.

Nomina Regum & prouinciarum quas percusserunt Israelitæ in deserto, lege Iosua. 12.

¶ Victoria tribus Iuda & Symeon, Ducum & Iudicum Israel.

Adonisedech.

Iudicum. 1.

Tribus Iuda & Symeon occiderunt decem milia hominum in Bezech, cōprehenderuntq; Adonisedech tyrannū, cæsis summitatibus manuum ac pedum eius.

Filij Iuda capientes Ierusalem, et Hebron, & Dabir, tradiderunt urbes incendio, & percusserunt in ore gladij iuuenes & senes, idq; Domino iubente, & prosperante. Ibidem.

Iudicum. 3.

Othoniel frater Caleb minor, in quo fuit spiritus Domini, oppressit Chusanreschataim.

Eglon,

Iudicum. 3.

Aioth ambidexter percussit Eglon, & Moabitatis circiter decem milia uirorum, omnes robustos

uiros, nullusq; ex eis euadere potuit.

Delbora prophetissa & ductrix exercitus decem Iabis.
milium uirorum, occidit & profugauit regem Iabin Sisara.
& Sisaram fortissimum, & uniuersam multitudinem Iudicum.
eorum in ore gladij.

Gedeon Madianitas cuncta uastantes, & in terra 6.7
iacentes ut locustarum multitudo, mirabil. cedit.

Iepte cedit filios Amon, & Moabitas, & refert 11

Sanfon Palestinos Israel. 40. annis (uictoriam. 13.14.15
domantes, & misere opprimetes, miraculose sternit. 16

Viri. 600. de tribu Dan, percutiunt urbem Lais, & in 18

Bellum Beniam, & Israel crudelissimum. (cendunt eam. 20

Victoriæ Regum Israel, et Iudah.

Samuel cum clamaret ad Dominum pro Israel, exaudiuit eum dominus. Factum est autem cum offerret sacrificium, et illi preliaretur, introiuit dominus fragore magno super Philistim, et exterruit eos, et cæsi sunt a filiis Israel. 1. Reg. 7

Naab Amonites sternitur per Saul, qui habuit in Naab.
exercitu suo trecentena milia uirorum Israel, uirorum 1. Reg. 11
autem Iuda quadraginta milia.

Philistim congregati ad preliandum contra Israel, habent in exercitu. 30000. curruum & 60000. milia equitum, & uulgus sicut arena quæ est in littore maris, quos solus percussit Ionatas cum armigero suo, & uersus est gladius uniuscuiusq; ad proximum suum. 14

Saul deleuit Amaleck, & ciuitatem eius.

Dauid solus inermis, tantum funda, et lapidibus inter 15
fecit spurium Goliath de Get. Cuius lorice pondus 17

De Bellis Iustorum.

quinque milia scylorum æris. Ocreas æreas gestans in cruribus. Clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile eius erat quasi liciatorium textentium. Ferrum hastæ sexcentos cyclos habebat ferri, et armiger eius antecedebat. 1. Reg. 17.

Palestini. Percussit Dauid Palestinos, et abegit iumenta eorum. 1. Reg. 13.

Amalechitæ Amalechitas quoque prædones Dauid, qui prædati fuerant Sicelech, et succenderant urbem, percussit a uespera usque ad uesperam alterius diei, et non remansit ex eis quisquam, nisi tantum, 40. adulescentes, qui ascenderant equos. 1. Reg. 30.

Philistijm. Post exaltationem suam in regno, percussit Philistijm diffusos in ualle Raphaim multo numero, et triumphauit de eis, ducens in captiuitatem idola eorum. 2. Reg. 8.

Moab Percussit quoque Moab, et Philistijm, et tulit frænum tributum de Philistijm. Percussit etiam Adadexer, **Adadexer.** filium Roab, regem Saba, cepitque ex parte illius mille septingentos equites, uiginti milia peditum, et subneruauit omnes iugales curruum. Percussit item in Syria uiginti duo milia uirorum. Item in ualle syluarum, decem et octo milia, in Gebelon .23. milia, et tributariam fecit Idumeam. **2. Reg. 8**

Ammon. Cum erexisset se Ammon tyrannus Ammonitarum contra Dauid, cum omnibus sibi adherentibus ceditur, et fugatur a Dauid. Occidit rursus in secunda congressione septingentos currus, et quadraginta

ta milia equitum, quinquaginta & octo milia exerci-
tus conducticij fugerunt. 2. Reg. 10.

Iterum mittit Ioab, & uniuersum Israel, & per-
cutit filios Ammon. 2. Reg. 11.

Dauid octingentos interfecit impetu uno.

2. Reg. 29.

Eleazar Aboites percussit Philistijm, donec defice-
ret, & obrigesceret manus eius cum gladio. Ibidem.

Semna filius Aggæ, percussit Philisteos, & in Is-
rael salutem fecit magnam. Ibidem.

Tres fortes Israel penetrauerunt castra Philistino-
rum, & porrexerunt aquam Dauid. Ibidem. Tres fortes.

Abisai frater Ioab leuauit hastam suam contra
trecentos, quos & interfecit. Ibidem.

Banaias filius Ioiadæ, percussit duos leones Moab, Banaias.
& percussit leonem in media cisterna tempore niuis.
Ibidem.

Idem interfecit uirum Aegyptium, uirum dignum
spectaculo, habentem in manu hastam. Itaq; cum de-
scendisset cum uirga ad eum, uir extorsit hastam de
manu Aegyptij, & interfecit illum hasta sua.

De Dauid cecinerunt mulieres canticum. Percussit
Saul mille, Dauid uero decem milia. 1. Reg. 17.

Dauid cum suis percussit de Philistijm ducentos ui-
ros, & tulit præputia eorum. 2. Reg. 18.

R O B O A M, filius Salomonis, ut pugna- Roboam.
ret contra Israel, congregauit uniuersam domum
Iudah, & tribum Beniamin, centum. 80. milia ele-
ctorum uirorum & bellatorum, sed præpediuit eius

De Bellis Iustorum

conatum Deus. 3. Reg. .2.

Benadab.

3. Reg. 20.

Benadab rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos & currus, atq; egregie comminans regi Israel, Hæc faciant mihi inquit Dñs, & hæc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Percussit autem eum Achab rex Israel, in trecentis & triginta duobus pueris Principum, & septem milibus de populo, percussitq; unusquisq; uirum qui contra se ueniebat, fugeruntq; Syri.

Idem Benadab cum instaurasset exercitum iuxta equos & currus pristinos, repleuissetq; terram, filij Israel ex aduerso castrametati sunt contra eos quasi duo parui greges caprarum. Dirigebant itaq; septem diebus hi, atq; illi acies, septima autem die commissum est prælium. Percusseruntq; filij Israel de Syrijs, centum milia peditum in die una. Fugerunt autem Syri qui remanserant in Aphek in ciuitatem, & cecidit murus super uiginti septem milia hominum, qui remanserant. Benadab quoq; rex fugiens, intra cubiculum comprehensus est.

Moab.

4. Reg. 3

6

Iosaphat & Ioram percutiunt regem Moab, & regnum eius, & ciuitates illius uastant.

Latrūculos Syriæ uastantes omnia, Heliseus propheta deducit in Samariam, & beneficijs eos uincit.

6 7

Benadab rex Syriæ congregato uniuerso exercitu suo, ascendit, & obsedit Samariam: factaq; est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa est donec ue-

mundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cacabi stercoreis columbarum quinque argenteis, adeo, quod mulieres etiam coquebant liberos suos. Dominus autem uolens liberare Israel, audiri fecit sonitum in castris Syriorum, currum, & equorum, & exercitus plurimi. Dixeruntque: Ecce, mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Gethios, & Aegyptiorum, & uenerunt super nos. Fugerunt ergo in tenebris, & reliquerunt tentoria sua, equos & asinos, tantum animas suas fuga saluare cupientes.

Ioram filium Achab, Ochoziam regem Ierusalem, & Iezabel uxorem Achab occidit Iehu in die una, et ulciscitur sanguinem prophetarum et seruorum domini. Nam Ioram configit sagitta per cor, Ochoziam percutit in fuga, et Iezabel e fenestra precipitauit deorsum, et linxerunt canes sanguinem eius, & sanguinem Ioram, iuxta uerbum domini. 4. Reg. 9.

Item percussit omnes filios regis Achab septuaginta uiros, duos fratres Ochozia, & quoscumque potuit habere, notos, & sacerdotes, & optimates, iuxta uerbum Domini in manu Helie.

Percussit omnes sacerdotes Baal, colligens eos in templum Baal, ut ne unus quidem euaderet ex eis.

Ioiada pontifex constituens regem Ioram, coniurauit aduersus Athalia reginam crudelem, & perdidit eam.

Omnis populus terrae conuenit, et occidit omnes sacerdotes

Ioram rex ut redimeret urbem Ierusalem ab impetitione Athabel regis Israel, pecunia & argento quod erat in templo domini, liberat ciuitatem.

De Bellis Iustorum

Ioachaz filius Iehu tametsi malus, tamen quia rogauit Dominum, audiuit eum, & liberauit de manu Azachrem regis Syriae. 4. Reg. 13.

Amasias percussit Edom in ualle Saliuarum decem milia. 4. Reg. 14. 2. Par. 25.

Ioram percutit Israel & Amasiam. Quod deus permisit, propter superbiam eius. 4. Reg. 14.

Manahen rex Israel redimit se argento, mille uide licet talentis, a Phul rege Assyriorum. 4. Reg. 15.

Ezechias redimit se. 300. talentis argenti, & 30. talentis auri, ab rege Assyriorum, & dedit ei laminas aureas in foribus templi. 4. Reg. 18.

Assyrij.

2. Par. 12.

Bachis.

Percutit Dominus de castris Assyriorum centum octoginta quinque milia hominum. 4. Reg. 19.

Iudas Machabeus, cum octingentis uiris cedit duo milia uirorum, & duo milia equitum de exercitu Bachidis. 1. Mach. 9.

Holofernes.

Aman.

Iudith sternit Holofernem. Iudith per totum.

Iudaei praevalent contra impios, & Aman proditorem. Hester per totum.

Hieroboam

Tribu Iuda angustiata undique ab Hieroboam rege, instanteque ex aduerso, & post tergum bello, cum clamaret ad Dominum, perterruit Dominus castra Hieroboam & Israel, fugeruntque, corrueruntque, & uulnerati sunt de Israel quinquaginta milia uirorum. Et confortati sunt filij Iuda:

eo quod sperauerunt in Domino

Deo suo. 2. Par. 13.

Exhortationes Patrum 39
LIBER SEXTVS.

¶ Orationes, obsecrationes, exhortationes
item Patrum, Prophetarum, Regum &
uirorum Illustrium De sola fidu-
cia habenda in Deo.

¶ INCREPATIO
diffidentie in Bello.

VERBA Anani prophetae ad regem Iu- Anani.
dah. Quia habuisti fiduciam in rege Syriae, & 2. Para. 16.
non in Domino Deo tuo, idcirco euasit rex Syriae
de manu tua. Nonne Ethiopes & Libyes multo plu-
res erant quadrigis & equitibus, & multitudine
nimia, quos cum Domino credidisses, tradidit in ma-
nu tua? Oculi enim Domini contemplantur uniuersam
terram, & praebent fortitudinem ijs, qui corde
perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & pro-
pter hoc etiam in praesenti tempore bella aduersum
te consurgere.

¶ Oratio Asa regis Iuda.

Hanc orationem Asa ad Dominum protulit ex
corde, quando contra eum Ethiops Zara uenit, cum
decies centenis milibus uirorum bellatorum, & cur-
ribus trecentis.

Domine, non est apud te ulla distantia, utrum 2. Par. 14
in paucis, aut in pluribus auxilieris. Adiuua Do-
mine deus noster. In te enim, & in nomine tuo ha-
bentes fiduciam, uenimus contra hanc multitudi-

¶ E

Exhortationes &

nem. Domine, deus noster tu es, non praeualebit contra te homo. Factum est itaque, ut dispergerentur Ethio- pes, & percuteret eos rex usque ad internitionem.

¶ Exhortatio AZariae filij Obed in bello & tempore afflictionis.

2. Par. 15.

Dominus nobiscum est, quia fuistis cum eo. Si quaesieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. Transibunt autem multi dies in Isra- el absque deo uero, & absque sacerdote, absque doctore quoque, & absque lege. Cumque reuersi fuerint in angus- tia sua, & clamauerint ad Dominum Deum Israel, & quaesierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuita- tem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus uestrae, erit enim merces operi uestro. Quod cum au- disse Rex, confortatus est. &c.

¶ Oratio Abia ad Aduersarios, uolentis iam congregari cum illis in bello.

Audi Hieroboam & omnis Israel. Vos dicitis, quod resistere possitis regno Domini, quod possidet per fi- lios Dauid, habetisque grandem populi multitudinem, atque uitulos aureos, quos fecistis uobis in deos. Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus. In exercitu nostro dux Deus est, & sacerdotes eius qui clangunt tubis. Filij Israel, nolite pugnare contra

Deum patrum uestrorum, quia non uobis expedit.

Cecidit ergo Abia in eo conflictu. 50000. uirorū

¶ Exhortatio ad bellum Mathathiae, pro patriae & iustitiae defensione.

Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, citius disperdent nos a ter. 1. Mach. 2

¶ Exhortatio Mathathiae ad filios suos, ut sint fortes in bello.

Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euerfionis, & ira indignationis, Nunc ergo o filij, emulatores estote legis, & date animas uestras pro testamento patrū, et mementote operū patrū, quae fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen aeternum. &c. cum seq.

¶ Exhortatio Iudae.

Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidatis. Mementote, qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo. Et nunc clamemus in caelum, & miserebitur nostri Dominus, & memor erit testamenti patrum nostrorum. &c.

¶ Exhortatio Iudae Machabei, alia.

Accingimini & estote filij prudentes, & estote parati in mane, ut pugnetis aduersus nationes has, quae conuenerūt disperdere nos, & sancta nostra. Quoniā melius est nos mori in bello, quam uidere mala gentis

Exhortationes &

nostræ & sanctorum. Sicut autem uoluntas fuerit in
caelo, sic fiat.

¶ Exhortatio Ioab ad fratrem suum
Ducem exercitus.

2. Reg. 10.

Esto uir fortis, & pugnemus pro populo nostro
& ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum
est in conspectu suo.

¶ Exhortatio et consolatio Iudith op-
pressorum in bello.

Iudit. 8.

Et qui estis uos qui tentatis Dominum? Non est
iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui
iram excitet, & furorem excitat. &c. usq; ad finem
exhortationis.

¶ Oratio Iudith uolentis congredi
cum hoste suo Holiferne.

Iudit. 9.

Domine Deus patris mei Symeon, qui dedisti illi
gladium in defensionem alienigenarum, qui uiolato-
res extiterunt in coinquinatione sua, & denudaue-
runt femur uirginis in confusione, & dedisti mulie-
res illorum in prædam. &c. usq; ad finem capi.

¶ Exhortatio Ezechie contra
Sennacherib.

4. Reg. 16.

Domine deus Israel qui sedes super Cherubim,
tu es Deus solus regum omnium terræ, tu fecisti cœ-
lum & terram. Inclina aurem tuam, & audi. As-
peri Domine oculos tuos, uide, & audi omnia uerba
Sennacherib, quæ misit, ut exprobaret nobis De-
um uiuentem. Vere Domine, dissipauerunt reges

Obsecrationes Regum.

35

Aſiriorum, gentes, & terras omnium, & miſerunt
Deos eorum. Non enim erant dii, ſed opera manuum
hominum ex ligno & lapide, & perdidit eos.
Nunc ergo Domine Deus noſter, ſaluos nos fac de
manu eorum, ut ſciant omnia regna terra: quia tu es
Dominus deus ſolus.

¶ Oratio Iofahpat contra hoſtes.

Domine deus patrum noſtrorum, tu es Deus in ^{2. Para. 20}
caelo, & dominaris cunctis regnis gentium. In manu
tua eſt fortitudo & potentia, nec quiſquam tibi poteſt
reſiſtere &c. In nobis quidem non eſt tanta fortitudo,
ut poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſu-
per nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus,
hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus
ad te.

¶ Exhortatio Iazihel filiæ Zachariæ.
ad populum.

Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem.
Non eſt enim ueſtra pugna, ſed Dei.

¶ Exhortatio Iofaphat in medio populi.

Audite me uiri Iudah, & omnes habitatores Ie- ²⁵
ruſalem. Credite in Domino Deo ueſtro, & ſecuri
eritis. Credite in prophetis eius, & cuncta cuenient
uobis proſpera.

¶ Admonitio uiri Dei ad Amasiam.

Si putas in robore exercitus bella conſiſtere, ſu-
perari te faciet Deus ab hoſtibus. Dei quippe eſt &
adiuuare, & in fugam conuertere.

B ij

Exhortationes &
Instructio ad bellum, & item Ora-
tio ad Deum.

1. Macha. 9

Et ieiunauerunt in die illa, & induerunt se cilicijs & c. usq; ad eum locum. Et dixit his qui edificabant domos & c.

¶ Exhortatio Iudæ Machabei ad populum.

E 3
Ut populus uidit exercitum uenientem sibi obviam, dixerunt Iudæ. Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et dixit Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorum, et non est differentia in conspectu Dei coeli, liberare in multis, uel in paucis. Quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de coelo fortitudo est. Ipsi ueniunt ad nos in multitudine contumaci, & superbia, ut disperdant nos, et uxores nostras, et filios nostros, ut spolient nos. Nos uero pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris: & ipse deus conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos. Ut autem cessauit loqui, irruit in eos subito: & contritus est aduersarius Seron in conspectu eius.

¶ Oratio Iudæ iamiam congressuri cum hoste.

E 4
Et uiderunt exercitum fortem, & orauit. Benedictus es saluator Israel, qui contriuisisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, & tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundatur in equitibus & in

Obsecrationes Regum.

96

exercitu suo. Da illis formidinem, & tabefac audaciam uirtutis eorum, et commoueantur contritione sua. Deijce illos gladio diligentium te, & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiserunt praelium, & occiderunt de exercitu Lysie quinq; milia uirorum.

¶ Oratio Iudæ ad plæbem.

Cum quidam fugere uellent, iudas exhortatus eos 1. Macha. 9
dixit. Et si appropinquauit tempus nostrum, moriamur in uirtute, propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ.

¶ Oratio sacerdotum contra hostem.

Tu Domine elegisti domum istam, ad inuocandum nomen tuum in ea, ut esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac uindictam in homine isto, et exercitu eius, & cadant in gladio. Memento blasphemie eorum, & ne dederis ei ut perma. in ea.

¶ Exhortatio Anani prophetæ,
contra Asa regem.

Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in 2. Para. 16
Domino deo tuo israel, idcirco euasit Syriæ exercitus de manu tua. Nonne Ethiopes, & Lybies multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia, quos cū in Domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem ijs qui corde perfecto credunt in eū. Stulte igitur egisti, & propter hoc in presenti tempore bella aduersum te cōsurgēt.

E iij

De Bellis Impiorum.

*Iratus autem super hoc Rex, iussit Videntem mitti in
neruum.*

LIBER SEPTIMVS.

DE TIRANNIDE ET
Bellis Impiorum contra iustos.

*Vtatur autem Deus Tyrannis contra bonos, inter-
dum ut exerceat illos: interdum etiam ut perdat &
flagellet, in spectaculum & terrorem Impiorum.*

¶ De Gigantibus.

Genesis. 6 **P**RIMI ex Tyrannis, Gigantes, potentes a
seculo, uiri famosi.

¶ De Nimrod.

10 Post hos Nimrod cœpit potens esse in terra. Hic
erat robustus uenator coram Domino, de quo exiuit
prouerbium, Quasi Nimrod robustus uenator cor-
am Domino.

¶ pugna Regum quatuor.

14 Ab illius tempore Amraphel rex Sennaar, Ari-
oth rex Ponti, Chodorlaomor rex Elaim, & Thas-
dal rex Gentium inierunt bellum contra Baasa re-
gem Sedom, & contra Bersa regem Gomorrae, &
contra Sennaar regem Adamae, & contra Semeher
regem Seboim, contraq; regem Bale, ipse est Seo-
gor. Omnes ij conuenerunt in uallem siluestrem, que
nunc est mare salis. Cetera uide in historia Genesis.

¶ Laban contra Iacob.

Laban sumptis fratribus suis, persecutus est Iacob Genesis. 7
diebus septem, & comprehendit eum, sed tamen oraculo monitus est, ne laderet illum.

¶ Pharaon contra Ioseph & filios Israel.

Pharaon ignorans Dominum, & opprimens uiolen Exodi. 11
ter populum Dei, preposuit illis Magistros operum,
ut affligerent illos oneribus, & edificarentq; urbes Pha
raoni. Precepitq; obstetricibus, ut obstetricando om
nes pueros masculos interficerent.

Hic mari rubro persecutus populum dei, aquis
obruitur cum toto exercitu.

¶ De Amaleck, & Chananeo.

Israel quia exacerbauerat Deum, percutitur, &
conciditur ab Amaleck & Chananeo.

Rursum quoniam murmurauerat contra Domi Numeri. 21
num, traditur in manus Chananei regis Arad, qui ut
Etor existens, duxit eos in preedam.

¶ Ciuium Hai persecutio.

Habitatores Hai percutiunt Israel, & cedunt in
fugam, tradiditq; eos Dominus in manu eorum, quod
de anathemate acceperunt. Iosue. 8.

¶ Semper Israel traditur in manus tyranno
rum quando adorat Idola, & peccat
Domino Deo suo.

Impias gentes, & tyrannos permisit Deus, ut ex
ercerent filios Israel, & probaret, an seruent man
data eius, an non. Iud. 1, 2.

De bellis impiorum.

Judicum. 3

Chusaneschataim tyrannus suscitatur, qui in seruitute habuit Israel octo annis.

Eglo: tyrannus Moabites, percussit Israel, & seruerunt ei. 18. annis.

4 Iabin & Sisara uem tyranni, propter peccata eorum, detinuerunt item Israel in seruitute.

6 Madian opprimit Israel, & cinctum uastat.

7 Abimelech tyrannus ingerit se.

19 Moabite & Amonite habent in seruitute Israel. 18. annis, & uehementer opprimunt, pro eo, quod adorauerunt idola.

23 Palestine opprimunt Israel. 40. annis misera seruitute, quia fecerant malum in conspectu Domini.

1. Reg. 4

Percutiunt Philistijm. 4000. Israel in Apheck.

Rursum prosternunt triginta milia, & capitur arca Dei, & occiduntur duo filij Heli.

28 Naas tyrannus Ammonites pugnat aduersus Iabes Galaad, cupiens omnium oculos dextros eruere, ponitq; in opproprium uniuerso Israeli.

Tyrannis Saulis contra Dauid, describitur a capite decimo octauo usq; ad uicesimum quartum primi Regum.

29 Philistijm preualent aduersum Saul & Israel.

30 Ammon tyrannus Moabitarum facit contumeliam nuncijs Dauid, & erigit se contra illum.

Absalon impius persequitur patrem suum, sed non prosperatur. 2. Regum. 15. 16. 7.

1. Reg. 15

Roboam tyrannus scindit populum Dei, cuius hec

erant uerba. Pater meus aggrauauit iugum uestrum,
ego autem addam iugo uestro .i. pater meus cecidit
uos flagellis, ego autem cedam uos scorpionibus.

Impius Hieroboam mittitur comprehendere pro- 3.Reg.13
phetam Dei, sed arefcit manus eius.

Rex Syriae praeualet aduersum regem Israel, & 22
Iuda, & rex Iuda perit, quia peccauit Domino.

Rex Israel coniurat in necem Helisei, sed nihil 4.Reg.6
proficit.

Percussit Ochozias uniuersos fines Israel a Iorda- 10
ne contra orientalem plagam: quia cepit Dominum
tradere super Israel.

Azabel tyrannum suscitauit Dominus ad uexan- 17
dum Israel, propter peccata eorum.

Idem affluxit Israel cunctis diebus Ioachim.

Ioram praeualet contra Amasiam, quia eleuatum 14
erat cor Amasiae ob uictoriam.

Conspirauit urbs Ierusalem contra regem Ama-
siam, & occiditur.

Sabmanasar praeualet contra Osee renitentem 4.Reg.17
sibi, & transfert populum in Assyrios.

Assyrij praeualent contra Israelem, quia idola ad-
oraucrunt. 18

Mittitur Sennacherib contra Ezechiam, & redi-
mit se trecentis talentis argenti, & triginta talentis
auri ab illo. 23

Manasses tyrannus regnat.

Amon impius & tyrannus.

De Bellis Impiorum

4. Reg. 24 Nabuchodonosor transfert Ioaachim in Babylonem, propter peccatum a se commissum.
- 25 Sedechias rex impius regnat, & transfertur propter peccatum suum in Babylonem.
2. Para. 21 Philistijm & Teglatphalassar uastant regiones Israel.

¶ Index Virorum illustrium Veteris testamenti.

Adam.	2 Othonicl.	5
Abel.	eo. Aloth.	eo.
Seth.	eo. Sangar.	eo.
Enos.	3 Gedeon.	6
Enoch.	eo. Thola.	eo.
Noha.	cod. Iayr.	eo.
Thare.	eo. Iepte.	eo.
Abraam.	eo. Abassam.	eo.
Isaac.	cod. Abialon.	cod.
Iacob.	4 Abdon.	eo.
Ioseph.	cod. Sanson.	eo.
Mosch.	eo. Esrom, et ceteri Iudic. 7.	
Aharon.	eo. Helchana.	eo.
Ietro.	5 Samuel.	eo.
Eleazar.	cod. Nathan.	eo.
Phinecs.	cod. Dauid.	eo.
Iehosua.	cod. Salomon.	3
Calcb.	eo. Abias.	9

Index.

Hieus.	7 Zorobabel.	12
Helias.	eo. Iesus sacerdos.	eo.
Michas.	eo. Esras.	eo.
Heliseus.	eo. Tobias.	eo.
Ezechias.	10 Mardocheus.	eo.
Esaïas.	eo. Iob.	eodem.
Iosias.	eo. Naaman.	13
Hieremias.	11 Mathathias.	cod.
Ezechiel.	eo. Eleasarus.	eo.
Prophetae duodecim.	eo. Septem fratres.	eo.
Iechontas.	12 Baruch.	eo.
Abdemelech.	ead.	

¶ Viri illustres Noui Testamenti.

Mattheus.	15 Apollo.	15
Ioseph.	eo. Dionysius.	eo.
Ioannes Baptista.	eo. Aquila.	eo.
Marcus.	14 Septem Diacones.	eo.
Zacharias.	eo. Philippus.	eo.
Apostoli Christi.	eo. Agabus.	16
Ioseph ab Arim.	eo. Stephanus.	eo.
Ioannes Apostolus.	eo. Ananias.	eo.
Lucas.	14. Timotheus.	eo.
Lasarus.	cod. Titus.	eo.
Nicodemus.	eo. Ioseph.	eo.
Paulus.	15 Matthias.	ead.
Gamaliel.	eo. Ioses.	ead.
Cornelius.	eo.	

Index.

¶ Viri obscuri Veteris Testamenti.

Cain.	16	Abia.	19
Gigantes.	17	Nadab.	eo.
Nimrod.	Cham. cod.	Achab.	eo.
Hismael.	eo.	Ochozias.	eodem.
Esau.	eodem.	Achab.	eo.
Sichem.	eodem.	Manasses.	20
Her.	eodem.	Anon.	cod.
Oran.	eo.	Ioachim.	eo.
Pharao.	eo.	Sedechias.	cod.
Adonisedech.	17	Iudices Susanna.	cod.
Bentamita.	eo.	Sacerdotes Belis.	cod.
Filij Heli.	eodem.	Phassur.	eodem.
Filij Samuclis.	18	Semeias.	eodem.
Saul.	cod.	Ismael.	21
Doech.	eo.	Aman.	cod.
Goliath.	eodem.	Nabuchodonosor.	eo.
Agag.	eo.	Antiochus.	eodem.
Nabel.	eo.	Alchimus.	eodem.
Ioab.	cod.	Triphon.	22
Banaa, & Rechab.	18	Andronicus.	cod.
Abschalon.	eo.	Giezi.	eo.
Ammon	eo.	¶ Viri obscuri Test. No.	
Semei.	cod.	Herodes.	23
Achitofel.	eodem.	Iudas.	22
Siba.	19	Caiphas cum suis.	cod.
Roboam.	cod.	Pilatus.	eodem.
Hieroboam.	eodem.	Bariehu.	eodem.

Index.

71

8
75

Simon.

22 Diotrefes.

22

Alexander. Hymeneus. Demetrius.

eo.

Ioannes. Iambres. eo. Ananias.

23

¶ Illustres Mulieres Veteris Testamenti.

Hella.

23 Martha.

26

Sara.

ead. Magdalena.

eo.

Rebecca.

eo. Samaritana.

ead.

Rachel.

Lya. eo. Syrophœnissa.

eo.

Sephora.

24 Lydia.

eadem.

Maria.

eo Tabit.

eadem.

Delbora.

eo. ¶ Obscuræ Mulieres

Ruth.

ead. Testa. Vete.

Rahab.

eo. Dalila.

26

Betschaba.

eo. Vxores Sansonis.

eo.

Susanna.

ead. Zabel.

eadem.

Iudith.

eo. Athalia.

eadem.

Hester.

eadem. Vxor Putipharis.

ead.

Anna Helcana.

eadem. Moabitides.

eo.

Abigail.

25 Vxores & concubina Sa

Olda.

ead. Iomonis.

eo.

Regina Saba.

ead. Michol.

eo.

Sunamitis.

eadem. Vxor Tobie.

ead.

Sara Raguens.

eo. Vxor Iob.

eadem.

¶ Illustres Mulieres

¶ Obscuræ Mulieres

Testa. Noui.

Testa. Noui.

Maria mater Christi.

25 Herodias.

26

Elisabeth.

eadem. Saphyra.

27

Anna prophetissa.

ead. Babylon.

eadem.

AB

71

8
16

X 799
4881

Docum vry p patm nosstr. puer. 19
& ih gl. Quia tanto quipps dicitur
docu. qnto magis parens. Neq. em pot
veritate boni docendo impendi. Si vnicu
miserit aduersa equaniter tollerari 20

507

Magisosa res vniu. & timida res dicitur.
Quicq. hinc deletat. no erit sapiens puer.
20. Noli diluere somnum tuu. & cogita
opprobria. Apert. oculos tuos. & salutare
pauib. Qui interducat paty suo et maty
extinguat. hinc eq. in medys tenet. Ne
dicas reddas malis p malo. expulsi domo
& liberabit te. Quia e homo dicitur
sanctus. & post vota retractare e. m.

Qui obdurat aurem suam ad clamorem paup. &
ipse clamabit. & no exaudiet. Noli est
habitu in terra dicitur q. in intere inesa
& vanda. puer. 21.

Noli laborare ut dicitur. s. prudentia tua pone
mod. puer. 23.

Qui percutit virge odit filiu suu. qui aut
diligit. illu. instanter erudit. puer. 13. Noli
subtrahi a puero disciplina. Si em. puer
in virga no moriet. In virga puer. eoz
& animu. eoz. inferno liberabit. puer. 23.

Et erat salq. vbi multa consilia sunt. puer. 24

quia
ego
his
dicit
un
e do.
bes
nube
pater
rat. o
abori
idente
e poten
rui. e
mus m
mnes
I homi
bz celi
nestat
mus de
f. e. Ec
meu
ua. ps.
lis lic
po. i. b.
ebit ei
impug
um om
quiden
2 eis
lota h
s. Qui
ad alce
is. de
Mamp
it seru
it dñs
iter p
qui al
mng
nallion

Alii dividunt propria & dantes fuerit. Alii
caput aliena & p[er] in egestate sua p[er] 11.
fama statim videtur mag[is] sua. qui aut[em] dicitur
p[er] 12.

Sicut festinata muniti, que aut[em] paratim colligit
manu multiplicabit. p[er] 13.

Qui patient est multa gubernati sapia. Qui aut[em]
impatient est exaltat potentia sua. p[er] 14.

Melior est patientis uno p[er] 15. & qui dicitur anno
suo, expugnator urbum p[er] 16. In fi & glo. ibi
minus est virtutia urbes expugnare. q[ui]a ex sunt
que videntur. Magis est aut[em] q[ui] p[er] patiaz vinit. q[ui]
a p[er] mag[is] p[er]at. & principia sibi vinit. &
p[er]ante humilitate sustinet.

Melior est buccella sicut in gaudia. q[ui] demum plena
victimis in iugis. p[er] 17. In p[er].

Amis gaudia etiam florida facit. p[er] 18. In p[er].
Ista e[st] ad fi. Qui moderati s[er]mones suos
dedit et prudens est. & p[er] 19. In p[er].


Stultus quos si taceat sapiens reputat. & si
imp[er]at labra sua. In p[er].

Exspectat magis v[er]bo otiose rapti f[er]re. q[ui] fatuo
confidit sibi in stulticia sua. In p[er].

Qui p[er] se p[er]dit q[ui] audiat. Stultus se esse
dignus est & confusione. In p[er] 18.


quia
ego
illis
dicit
unt
e do.
bes
nubes
pater
rat. o
abori.
idente
e potes
rui. e
mus m
mes m
I homi
bz celi
nestat
mis de
f. e. Ec
meu
ua. ps.
lis lic
po. i. b.
ebit ei
impug
um om
quidem
z eis
lota h
c. Qui
id alce
is. de
Mamp
it seru
it d[omi]n
iter p
qui al
m[er]it
atione





B.I.G.

Farbkarte #13



CATALOGI

Virorum illustrū Veteris et No-
ui Testamenti.
Virorum obscurorū utriusq; Test.
Illustrum item Mulierum.
Obscurarum dein mulierum.
De bellis, uictoria, & triumphis
Iustorum contra Impios.
Orationes, exhortatiōes, obsecra-
tiones, Patrum, Prophetarū,
Regū et virorū illustrum.
De Tyrannide et Bellis Im-
piorū contra Iustos.
Orthonis Brunfel.